

# La reconstrucción del breviario hispano-mozárabe. Tiempo de Navidad

GABRIEL RAMIS MIQUEL

SUMARIO. I. INTRODUCCIÓN. — II. LAS FUENTES. — III. CRITERIOS DE RECONSTRUCCIÓN DEL TIEMPO DE NAVIDAD. — IV. LOS TEXTOS.

## I. INTRODUCCIÓN

Después de haber reconstruido el tiempo de adviento del Breviario Hispano-Mozárabe<sup>1</sup>, siguiendo el curso del año litúrgico, presentamos la reconstrucción del oficio del tiempo de Navidad.

En la reconstrucción del oficio de este ciclo litúrgico, hemos seguido los mismos criterios generales expuestos anteriormente al presentar la reconstrucción del tiempo de adviento<sup>2</sup>. A ellos nos remitimos.

## II LAS FUENTES

Para mayor facilidad para su consulta, presentamos las fuentes usadas por orden alfabético.

AL = León, biblioteca catedral, cod. 8

L. BROU – J. VIVES, *Antifonario Visigótico-Mozárabe de la catedral de León* = Monumenta Hispaniae Sacra. Series Liturgica 5/1, Consejo Superior de Investigaciones Científicas (Barcelona – Madrid 1959).

Citamos la página de la edición.

1. Cfr. G. Ramis, “La reconstrucción del breviario hispano-mozárabe. El tiempo de Adviento”, in *Anthologica Annua* 51-52 (Roma 2004-2005) 483-1000.

2. Cfr. G. Ramis, “La reconstrucción...”, o.c. 437-440.

Br Goth = *Breviarium Gothicum secundum Regulam beatissimi Isidori Archiepiscopi Hispalensis, jussu Cardinalis Francisci Ximenes de Cisneros prius editum; nunc opera Excni. D. Francisci Antonii de Lorenzana Sanctae Ecclesiae Toletanae Hispaniarum Primatis Archiepiscopi recognitum, ad usum sacelli Mozarabum.* Matriti anno MDCCCLXXV. Apud Joachim Ibarra S.C.R.M. et Digni. Archiep. Typog. Regio Permissu.

Reproducido en Patrologia Latina 86. Citamos el número de columna.

Em 30 = Madrid, Academia de la Historia, cod. Emilianense 30

M-S. GROS, *El “Liber Misticus” de San Millán de la Cogolla* :Miscel.lània Litúrgica Catalana III (Barcelona 1984) 111-224.

Citamos el número de fórmula.

L4 = London, British Museum, ms. addit. 30.844

J. JANINI, *Officia Silensia. Liber Misticus I. A sancta Maria usque ad Ascensionem Domini* :Hispania Sacra 29 (1976) 325-381.

Citamos el número de fórmula.

L5 = London, British Museum, ms. Addit 30.845

J. JANINI, *Officia Silensia. Liber Misticus III. Sanctorale* :Hispania Sacra 31 (1978-1979) 357-483.

Citamos el número de fórmula.

MPs = London, British Museum, ad. 30.851

M. GILSON, *The Mozarabic Psalter* =Henry Bradshaw Society 30 (London 1905).

Citamos la página de la edición.

OV = Verona, biblioteca capitular, cod. 84; London, British Museum, addit. ms. 30.852

J. VIVES, *Oracional Visigótico* = Monumenta Hispaniae Sacra. Series Liturgica 1, Consejo Superior de Investigaciones Científicas (Barcelona 1946).

Citamos el número de fórmula.

S6 = Silos, archivo monástico, ms. 6 (E)

I.FERNANDEZ DE LA CUESTA, *El “Breviarium Gothicum” de Silos* = *Monumenta Hispaniae Sacra. Series Liturgica 8*, Consejo Superior de Investigaciones Científicas (Madrid – Barcelona 1965).

Citamos el número de fórmula.

T35.4 = Toledo, biblioteca capitular, ms. 35.4

J. JANINI, *Liber Missarum de Toledo II*, Instituto de Estudios Visigótico-Mozárabes de Toledo = Serie Litúrgica. Fuentes IV-VIII (Toledo 1983) 13-144.

Citamos el número de fórmula.

T35.7 = Toledo, biblioteca capitular, ms. 35.7

J. JANINI, *Liber missarum de Toledo II*, Instituto de Estudios Visigótico Mozárabes de Toledo = Serie Litúrgica. Fuentes IV-VIII (Toledo 1983) 237-272.

Citamos el número de fórmula.

### III. CRITERIOS DE RECONSTRUCCIÓN DEL TIEMPO DE NAVIDAD

La reconstrucción del oficio de este tiempo litúrgico, no presenta mayor dificultad; abarca tres fiestas: Navidad, Circuncisión y Epifanía. En estas festividades, las fuentes nos presentan un mayor número de *missae* que nosotros transcribimos.

A los oficios de los santos de este período, nosotros, siguiendo los criterios de la reforma del Misal, los consideramos en el Santoral, no en el temporal, aunque en las fuentes se intercalen entre las fiestas anteriormente mencionadas.

Pero a pesar de la facilidad de la reconstrucción del oficio de este período del año litúrgico, surgen, no obstante, algunos problemas.

Uno de los problemas es el de los domingos infraoctava de Navidad y de la Circuncisión. Las fuentes no contemplan la oficiatura de estos domingos; solamente el Br Goth, después del oficio de la Circuncisión, ofrece un oficio para el domingo antes de la Epifanía. Por tanto, según las fuentes parece que en estos domingos infraoctavas se celebraría la misa y el oficio de la fiesta del Santo correspondiente

en la octava de Navidad; o la misa y el oficio del inicio del año o de los días de letanías, en los días que siguen a la fiesta de la Circuncisión, hasta la fiesta de Epifanía.

No cabe duda de que la comprensión teológico-litúrgica del domingo ha avanzado mucho respecto a la de la época de los manuscritos; es por esta razón que hemos creído oportuno dotar de oficiatura propia al domingo que cae dentro de la octava de Navidad, y al que sigue a la fiesta de la Circuncisión.

Por otra parte, el *Missale Hispano-Mozarabicum* no contempla la celebración de estos domingos, solamente tiene previsto el formulario de la misa del inicio del año. La secuencia de celebraciones en el misal es: Navidad, Circuncisión, Inicio de año y Epifanía<sup>3</sup>.

Hoy, ¿tiene que prevalecer sobre el domingo la celebración de un Santo o la celebración del inicio del año o de las letanías? Parece que no. Por esto hemos propuesto un oficio para estos dos domingos. Creemos que sería un arqueologismo ignorar los dos domingos que pueden caer en la octava de la Navidad, o después de la Circuncisión, cuando estas dos fiestas no se celebran en domingo.

La reconstrucción de estos oficios la hemos realizado a base de la repetición del oficio de la Navidad y de la Circuncisión, no había otra alternativa. Pero a estos oficios de Navidad y Circuncisión los hemos configurado según la estructura del oficio dominical. Consecuentemente en vísperas hemos suprimido la oración que sigue al *vespertinum*; en el oficio matutino, hemos cambiado el salmo tercero con su oración, por el himno *Aeterne rerum Conditor*, seguido también de su respectiva oración, y a continuación los salmos concordes con la oración correspondiente. Como los oficios de Navidad y Circuncisión tienen un gran número de misas, hemos seleccionado una de ellas para el oficio de cada uno de los domingos (después de Navidad y después de la Circuncisión). Creemos de esta manera haber colmado un vacío existente en las fuentes.

Otro de los problemas es el del oficio de *initio anni*. No todas las fuentes reproducen este oficio; la tradición B lo desconoce, aunque el oficio del domingo que precede a la Epifanía parece que tiene elementos que corresponderían a un oficio de inicio del año. Solamente la tradición A lo contempla. Esto supone que no disponemos de la lectura bíblica en el oficio matutino, ni de *completuria* y de fórmula de bendición en el oficio vespertino. En la reconstrucción de este

---

3. Cfr. CONFERENCIA EPISCOPAL ESPAÑOLA – ARZOBISPADO DE TOLEDO, *Missale Hispano-Mozarabicum* \*(Toledo 1991) 135-172; y el Calendario en *Missale Hispano-Mozarabicum* \*\* (Toledo 1994) 23.

oficio hemos usado elementos del domingo antes de la fiesta de la Epifanía del Br Goth, que, como ya hemos indicado, seguramente integra elementos propios del oficio del inicio del año.

Finalmente, otra dificultad a resolver en este tiempo litúrgico son los días de letanías o ayunos de inicio del año. Estos oficios son ignorados en la tradición A y contemplados en la tradición B. Evidentemente estos días penitenciales se colocan entre la fiesta de la Circuncisión y la de Epifanía, y precisamente ahí surge el problema.

En el calendario se colocó la fiesta de San José el tres de enero, con grado de solemnidad. La razón de la colocación de esta fiesta el tres de enero tiene su razón de ser muy válida. Hoy parece que no se puede suprimir en la liturgia hispánica la fiesta de San José, que evidentemente no existe en ninguna fuente; mantenerla como en el rito romano el 19 de marzo, en plena celebración cuaresmal es impensable en rito hispánico; la cuaresma es aertológica, por esta razón se pasó la fiesta de la Anunciación del Señor del 25 de marzo, al 18 de diciembre<sup>4</sup>. Por tanto se ha buscado para la fiesta de San José un día cercano a la Navidad. Los días que siguen a la Navidad están ocupados por la celebración de la fiesta de diversos santos; el día siguiente a la fiesta de la Circuncisión se celebra la fiesta del inicio del año, el día 3, era pues el primer día libre.

Pero al asignar el día 3 de enero para la celebración de la fiesta de San José, no se pensó, ni en el oficio del inicio del año, ni en los siguientes tres días de ayuno, siendo así que los días entre la Circuncisión del Señor y la Epifanía están ocupados por estos oficios. El día 2 de enero se celebra el oficio *de initio anni*, y los días 3, 4 y 5 los días de letanías o de ayunos. Si se quiere celebrar la fiesta de San José el tres de enero, se tiene que suprimir la oficiatura de algunos de estos días, que tienen su importancia en la tradición hispánica, cosa que no tiene la fiesta de San José. Habría que buscar un día más apto para celebrar esta fiesta, la cual, aunque no sea tradicional en la liturgia hispánica, no está de más que se celebre porque hoy en día es una fiesta tradicional de las Iglesias que celebran el rito romano. Nosotros propondríamos la celebración de la fiesta de S. José el día 10 de enero, que es el primer día libre después de la Epifanía, y que está cerca del día de los Inocentes que se celebra el 8 de enero.

Hemos reconstruido el oficio de inicio del año, y los oficios de los días de letanías o de ayuno también del inicio del año. Esta es una

4. Cfr. el canon primero del décimo Concilio de Toledo. G. MARTÍNEZ DÍEZ – F. RODRÍGUEZ (Eds.) *La colección canónica hispánica V*, Consejo Superior de Investigaciones Científicas, Monumenta Hispaniae Sacra. Serie Canónica V (Madrid 1992) 517-521.

reconstrucción provisional. Hay problemas sin solucionar. Habrá que ver como es la estructura de los oficios de letanías a lo largo del año litúrgico (Pentecostés, S. Cipriano y S. Martín) para intentar, si es posible, dar una cierta uniformidad a estos oficios.

#### IV. LOS TEXTOS

### BREVIARIUM HISPANO-MOZARABICUM DE NATIVITATE DOMINI

#### OFFICIUM IN DIEM NATIVITATIS DOMINI

##### **Ad vesperum**

###### *Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 87; T35.7, 91; Em 30, 821; L4, 86; Br Goth 113)  
(Ps 131, 17b-18.11; 2Sam, 7.14; cfr. Heb 1,5c)

Paravi lucernam Christo meo,  
inimicos eius induam confusione,  
super ipsum autem florebit sanctificatio mea.  
V/ Iuravit Dominus veritatem et non auferetur ab eo,  
de fructu ventris tui ponam super sedem meam.  
R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.  
V/ Et ero ei in patre, et ipse erit mihi in filio.  
R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.  
V/ Et ego illum ponam primogenitum,  
excelsum prae regibus terrae.  
R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.

###### *Oratio* (Br Got 113)

Vespertinis laudibus iam praemissis, Domine,  
paramus lucernam Christo tuo, Domino ac Deo nostro,  
ut fructu iustitiae repleamur ad gratiam,

et verbum vitae contineamus ad gloriam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (AL 87; T35.7, 92; Em 30, 822; L4, 87; Br Got 113)

(Ps 109, 3-4.6-7)

In splendoribus sanctorum,  
ex utero ante luciferum, genui te, alleluia.

*V/ Iuravit Dominus et non paenitebit eum,*  
tu es sacerdos in aeternum  
secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

*R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.*

*V/ Dominus a dextris suis; confringet in die irae suae reges,*  
iudicabit in nationibus implevit ruinas,  
conquassabit capita multa in terra copiosa.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput, alleluia.

*R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.*

*Antiphona* (AL 87; T35.7, 93; Em 30, 823; L4, 88; Br Goth 114)

(Is 45,8; Ps 18,2)

Rorate caeli desuper et nubes pluant iustum,  
aperiatur terra et germinet Salvatorem,  
et iustitia oriatur simul, ego Dominus, creavi eum.

*V/ Caeli enarrant gloriam Dei,*  
et opera manuum eius annuntiat firmamentum.

*R/ Ego Dominus, creavi eum.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Ego Dominus, creavi eum.*

*Antiphona* (AL 88; T35.7, 94; Em 30, 824; L4, 89)

(2Par 20; Ps 94,1)

Confidentes estote,  
videbitis auxilium Domini super vos, Iudeam et Ierusalem;  
nolite timere cras egrediemini, et Dominus erit vobiscum.

*V/ Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro.*

*R/ Et Dominus erit vobiscum.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et Dominus erit vobiscum.*

*Alleluiaiticum* (AL 88; T35.7, 95; Em 30, 825; L4, 90)

(Cfr. Ex 16,7; Ps 117,24)

Hodie locutus est Dominus dicens: alleluia,  
crastina videbitis gloriam meam, alleluia, alleluia.

*V/ Hic est dies quem fecit Dominus,  
exultemus et laetemur in eo.*

*R/ Crastina videbitis gloriam meam, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Crastina videbitis gloriam meam, alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (L4, 91 Br Goth 114-115; AL 88; T35.7, 96; MPs 200; Em 30, 826)

Veni Redemptor gentium,  
ostende partum Virginis  
miretur omne saeculum  
talis partus decet Deum.

Non ex virile semine,  
sed mystico spiramine  
Verbum Dei factum est caro  
fructusque ventris floruit.

Almus tumescit Virginis,  
claustra pudoris permanet;  
vexilla virtutum micant  
versatur in templo Deus.

Procedens de thalamo suo  
pudoris aula regia  
gemina gigas substantiae  
alacris ut currat viam.

Egressus eius a Patre,  
regressus eius ad Patrem;  
excursus usque ad inferos  
recursus ad sedem Dei.

Aequalis aeterno Patri  
carnis trophyo accingere;  
infirma nostri corporis  
virtute firmans perpetim.

Praesepe iam fulget tuum  
lumenque nox spirat novum  
quod nulla nox interpollet,  
fideque iugi luceat.

Hymnis venite dulcibus,  
omnes canamus subditum  
Christo triumpho Tartari,  
qui nos redemit venditos.

Zelum draconis invidi  
et os leonis tessimi,  
calcavit unicus Deus,  
seseque caelis redidit.

Deo Patri sit gloria,  
eiusque soli Filio,  
cum Spiritu Paraclito  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL 88; T35.7, 96; Em 30, 827; L4, 92)

(Ps 18,6)

*V/ In sole posuit tabernaculum suum.*

*R/ Et ipse tamquam Sponsus procedens de thalamo suo.*

*Supplicatio* (Br Goth 115, 123)

Oremus.

Dei Patris omnipotentis misericordiam supplices imploremus,  
ut nos, gratia Christi sui, Domini nostri Iesu Christi,  
propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne, omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 115; T35.7, 97a; cfr. OV 276; Em 30, 828)

Rorate, caeli desuper, utique prophetando Christum,

et nubes pluant iustum;

dum sancti omnes eius praecognantur adventum.

Aperiatur terra, ut, Angelo scilicet alloquente,

Virgo concipiat et pariat Salvatorem.

Hic igitur ros, qui abs te est, omnipotens Pater,

rogamus et petimus, ut fiat sanitas infirmorum;

et, haec pluvia matutini temporis, praebet,

nostri temporis infundat arenem,

quae, infusa tanta gratia, praeteritum facinus abluat,

et aeternum credentibus iustitiae lumen infundat;

necnon eiusdem Filii tui Domini nostri

indemnes praesentiam contuentes,

atque caelicolis coetui eius in iubilo occurrentes,

hoc canticum laetitiae praecinamus ovanter:

Benedictus qui venit in nomine Domini,

Deus Dominus et illuxit nobis;

cuius nos adventus redemit, et nativitas illustravit;

qui veniens requisivit perditos,

et illuminavit in tenebris constitutos.

Tribue ergo, omnipotens Pater,

ut diem nativitatis eius ita devotione piissima celebremus,

ut iudicii diem mitissimum sentiamus;

ut, cuius benignitatem in redemptione cognovimus,

eius pietatem in iudicio sentiamus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 277; T35.7, 98; Em 30, 829; L4, 93; Br Goth 115)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Benedicat vos, Dominus noster Iesus Christus,  
qui olim in hac die pastoribus  
in praesepio apparuit gloriosus.

*R/ Amen.*

Ipse vos in omnibus protegat ac defendat,  
qui pro vobis misericors humanam suscepit infantiam.

*R/ Amen.*

Quique vester est Conditor et Redemptor,  
ipse vos in aeternum propitius conservare dignetur a malo.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 88; T35.7, 99; Em 30, 830; L4, 94)

(Is 7, 14b-15; cfr. Is 7,16)

Alleluia. Vocabitis nomen eius Emmanuel,  
butyrum et mel manducabit,  
et priusquam cognoscat puer vocare patrem aut matrem,  
accipiet virtutem Damasci, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 116)

Benedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae;  
ut et mentes copia doctrinae refulgeant,  
et campi donorum tuorum ubertate pinguescant.  
Quo et ita nobis substantia cum tua gratia largiatur,

ut et caro frugibus,  
et anima divinis pasta collaetetur virtutibus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

**Ad matutinum**

*Psalmus CIX*

*Antiphona* (AL 88; T35.7, 100; Em 30, 833; L4, 95)

(Ps 101,13)

Gloria tibi, Filius Dei.

*V/ Tu autem, Domine, in aeternum permanes,*  
*et memoriale tuum in generationem et generationem.*

*R/ Gloria tibi, Filius Dei.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Gloria tibi, Filius Dei.*

Dixit Dominus Domino meo: \* “Sede a dextris meis,  
donec ponam inimicos tuos \* scabellum pedum tuorum”.

Virgam potentiae tuae emittet Dominus ex Sion: \* dominare  
in medio inicorum tuorum.

Tecum principatus in die virtutis tuae, + in splendoribus  
sanctis, \* ex utero ante luciferum genui te.

Iuravit Dominus et non paenitebit eum: \* “Tu es sacerdotes in  
aeternum secundum ordinem Melchisedech”.

Dominus a dextris tuis, \* conquassabit in die irae sua  
reges.

De torrente in via bibet, \* propterea exaltabit caput.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Gloria tibi, Filius Dei.

*V/ Tu autem, Domine, in aeternum permanes,*  
*et memoriale tuum in generationem et generationem.*

*R/ Gloria tibi, Filius Dei.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Gloria tibi, Filius Dei.

*Collecta de psalmo CIX* (OV 278; T35.7, 101; L4, 96)

Tibi semper gloria, cuius gloriam in assumpto homine vidimus  
quasi gloriam Unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate:  
praesta ergo nobis, quae sumus, abundantia pietatis,  
te pro nobis humilem fide agnoscere veritatis,  
et coaeternum Patri credere permanentem in gloria deitatis.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*I Missa*

*Antiphona* (AL 88; T35.7, 102; Em 30, 835; L4, 97; Br Goth 116)  
(Lc 2,10-11; 1,33; Ps 130,6)

Ecce annuntio vobis gaudium magnum  
quod erit omni populo,  
quia hodie natus est nobis Salvator  
qui est Christus Dominus,  
regnabit in domo Iacob in aeternum  
et regni eius non erit finis.

V/ Ecce audivimus eam in Ephrata;  
invenimus eam in campis silvae.

R/ Salvator qui est Christus Dominus,  
regnabit in domo Iacob in aeternum  
et regni eius non erit finis

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Salvator qui est Christus Dominus,  
regnabit in domo Iacob in aeternum  
et regni eius non erit finis

*Oratio* (OV 279; T35.7, 103; Em 30, 836; L4, 98; Br Goth 116)

Te, Domine, favente annuntietur nobis  
sancto angelicoque ministerio gaudium magnum,  
quod populo sit christiano in toto mundo;

Christus enim Dominus hodie natus est,  
omnium salus, atque Salvator aeternus,  
in civitate David, quae est Ecclesia;  
in ea quoque sine fine regnabit,  
dum eam usque ad finem custodit ac regit.

Praesta ergo,  
ut eam regnum suum ex toto efficiat,  
dum in toto mundo dilatatur,  
et caelestium aeternitati associat.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL 88; T35.7, 104; Em 30, 837; L4, 99)

(Io 1,29; Ps 18,6)

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

V/ In sole posuit tabernaculum suum;  
et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

R/ Ecce qui tollit peccatum mundi.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ecce qui tollit peccatum mundi.

*Oratio* (OV 280; T35.7, 105; Em 30, 838; L4 100)

Domine, omnipotens Pater,  
ecce Agnus tuus, ecce qui tollit peccatum mundi,  
ut sacrificium singulare tibi oblatus,  
ipse expiaret mundum, qui esset solus utique mundus:  
sit ergo protector assiduus,  
por quibus mediator extitit gloriosus;  
ut in eo sit gaudium liberatorum,  
qui factus est pretium captivorum.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus  
et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Alleluiaiticum* (AL 88; T35.7, 106; Em 30, 839; L4 101)  
 (Lc 2,14; Mt 11,10; Ps 112,2)

Gloria in excelsis Deo,  
 et in terra pax hominibus bonae voluntatis.  
 Benedictus qui venit in nomine Domini,  
 alleluia, alleluia, alleluia.  
*V/ Sit nomen Domini benedictum*  
*ex hoc nunc et in saeculum.*  
*R/ Benedictus qui venit in nomine Domini,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Benedictus qui venit in nomine Domini,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 281; T35.7, 107; Em 30 840; L4, 102)

Christe Iesu, terribilis Deus noster et rex noster,  
 cuius in nativitate  
 cum pastoribus angeli gloriam detulerunt,  
 cui devicto mortis auctore,  
 omnes gentes manibus, cordibusque plauserunt:  
 fac nos redemptionis nostrae et gloriae tuae mysteria  
 fidei iubilatione cantare,  
 et cum principibus populi  
 Deo Abraham fideli famulatu placere.  
*R/ Amen.*  
 Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 89; T35,7, 108; Em 30, 841; L4 103)  
 (Io 1,1-2.3c-4)

In principio erat Verbum,  
 et Verbum erat apud Deum,  
 et Deus erat Verbum.  
 Hoc erat in principio apud Deum;  
 omnia per ipsum facta sunt.  
*V/ Quod factum est in ipso vita est,*  
*et vita erat lux hominum.*  
*R/ Omnia per ipsum facta sunt.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Omnia per ipsum facta sunt.*

*Oratio* (OV 282; T35.7, 109; Em 30, 842; L4, 104)

O Verbum, quod fuisti in principio apud Deum,  
et ipsum Verbum utique Deus,  
a te facti per te redempti adoramus, amamus,  
excolimus sanctae tuae gloriam maiestatis,  
qui Verbum est caro factum pro nobis,  
sperantes ut impleas in nobis beneficia divina,  
pro quibus naturam suscipere non es dignatus humanam.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

## *II Missa*

*Antiphona* (AL 89; T35.7, 110; Em 30, 843; L4 105)

(Ps 2,7-8)

Dominus dixit ad me:

Filius meus es tu, ego hodie genui te.

*V/ Pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam,  
et possessionem tuam terminos terrae.*

*R/ Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

*Oratio* OV 283; T35.7, 111; Em 30, 844; L4 106)

Glorioso Deus, Pater et Domine,  
qui Unigenito et coaeterno Filio tuo  
gentes in possessionem dedisti;  
simus, ita poscimus, tua ipsi possessio;  
ut ab eiusdem Filii tui non deviemus praecepto;  
ut ei nos indivissemus conectas,  
quem ex te genitum gloriose pronuntias.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus

et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 89; T35.7, 112; Em 30, 845; L4, 107; Br Goth 147)  
 (cfr. Prv 8,22.25; Ps 8,2)

Dominus possedit me priusquam terram faceret,  
 antequam montes stabilirentur,  
 ante omnes colles genuit me.  
*V/ Domine, Dominus noster,*  
*quam admirabile est nomen tuum in universa terra!*  
*R/ Ante omnes colles genuit me.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Ante omnes colles genuit me.*

*Oratio* (OV 284; T35.7, 113; Em 30, 846; L4, 108; Br Goth 147-148)

Coaeterna Dei sapientia Patris,  
 quae te cum Patre fuisse testaris priusquam terram faceret,  
 vel excelsa montium stabiliret,  
 dum te ante omnium creationem collum generaret.  
*Te, quaesumus, te rogamus;*  
*ut, qui huius incorruptae nativitatis tuae*  
*gaudia celebramus ovando,*  
*ad te remuneraturi perveniamus credendo;*  
*ut, qui ante montium conditionem ex Patre nasceris,*  
*nunc in plenitudine temporis natus de utero Virginis,*  
*sic te credentes sanctifices,*  
*ut sanctificatos gloria aeternitatis remunereres.*

*R/ Amen.*  
 Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 89; T35.7, 114; Em 30, 847; L4, 109)  
 (Cfr. Prv 8,30; Ps 104,1)

Quando firmos ponebat montes sub caelo,  
 cum Patre meo eram componens,  
 gratulabar autem orbe perfecto.  
 Ego sum cui Pater congaudebat quotidie, alleluia, alleluia.

*V/ Confitemini Domino, et invocate nomen eius;  
anuntiate inter gentes opera eius.*

*R/ Ego sum cui Pater congaudebat quotidie,  
alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ego sum cui Pater congaudebat quotidie,  
alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 285; T35.7, 115; Em 30, 848; L4, 110)

Ecce coaeterna Dei sapientia Patris,  
quando firmos Pater montes ponebat,  
iam Tu cum Patre eras,  
iam cuncta haec creata praecesseras,  
ac sic de creato, perfectoque orbe  
te gratulasse pronuntias:  
acclines ergo famuli quaesumus,  
ut qui in horum conditione mirificum credimus,  
pro nostra te redemptione natum fideliter praedicemus;  
ut illud semper ori nostro in praedicatione occurrat,  
quod ad aeternam semper gloriam pertrahat omnes,  
qui te natum confitemur ex Virgine,  
cum ea, quae te genuit, mereamur exultare in pace.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia,  
qui vivit cum Deo Patre, et regnat cum Spiritu Sancto,  
unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 89; T35.7, 116; Em 30, 849; L4, 111)

(Cfr. Lc 2,10-13.8)

Angelus Domini locutus est pastoribus dicens:  
ecce natus est hodie Salvator mundi in civitate David,  
qui est Christus Dominus,  
et hoc vobis signum:  
invenietis infantem pannis obvolutum  
et positum in praesepio.

Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis  
laudantium Deum et dicentium: alleluia.

*V/ Pastores erant in regione eadem  
vigilantes et custodientes vigilias noctis  
supra gregem suum.*

*R/ Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium: alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium: alleluia.*

*Oratio* (OV 286; T35.7, 117; Em 30, 850; L4, 112)

Inveniamus te, Domine Iesu Christe,  
animalia tua, in praesepio positum,  
quem confitemur et credimus apud Patrem,  
Deum immensum;  
ut sis cibus noster in tempore opportuno,  
et aeterna satietas in futuro;  
ut et hic a te non recedamus, et illic tecum permaneamus,  
dum angelica voce et praesepe tuum ostenditur,  
et tantae nativitatis gaudium profuturum populis nuntiatur.

*R/ Amen.*

Ipsò auxiliante Domino,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *III Missa*

*Antiphona* (AL 89; T35.7, 118; Em 30, 851; L4, 113; Br Got 118-119)  
(Cfr. Eccli 24,5; Ps 109,1)

Ante omnem creaturam ego ex ore Altissimi processi,  
priusquam lucifer oriretur ego eram,  
priusquam in planitiem prosterneret campos  
et in altum erigeret montes,  
ego eram cui congaudebat quotidie  
dum laetaretur orbe perfecto.

*V/ Dixit Dominus Dominus meo, sede a dextris meis,  
donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

*R/ Quotidie dum laetaretur orbe perfecto.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Quotidie dum laetaretur orbe perfecto.*

*Oratio* (OV 287; T35.7, 119; Em 30, 852; L4, 114; Br Goth 119)

Domine Iesu Christe,  
qui ante omnem creaturam ex ore Altissimi prodiens

mundi machinam dispositione mirabili condidisti:  
 adesto Ecclesiae tuae,  
 quam ex toto orbe congregare dignatus es;  
 ut sicut mundi conditor esse dinosceris,  
 ita et Ecclesiae Salvator in omnibus,  
 ac per omnia cognoscaris.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 90; T35.7, 120; Em 30, 853; L4, 115; Br Goth 118)  
 (Prv 8,25b-26a.27; cfr. Prv 8,29; Ps 49,7)

Ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat,  
 quando parabat caelos aderam,  
 dum vallaret mari terminos et legem poneret aquis, ego eram.

*V/ Audi populus meus, et loquar;*  
 Israel, testificabor tibi, quoniam Deus tuus sum ego.

*R/ Quando parabat caelos aderam,*  
 dum vallaret mari terminos et legem poneret aquis, ego eram.  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Quando parabat caelos aderam,*  
 dum vallaret mari terminos et legem poneret aquis, ego eram.

*Oratio* (OV 288; T35.7, 121; Em 30, 854; L4, 116)

Domine Deus omnipotens, creator collum aeternorum,  
 qui Verbo tuo omnia condidisti,  
 quo cuncta, te iubente, fierent,  
 teque mandante consisterent:  
 adesto ineffabili pietate,  
 ut per eundem Verbum, caro factum pro nobis,  
 ad aeternam salutem dirigas in aequitate credentium corda,  
 per quod ab initio disposuisti,  
 universam perficiens creaturam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 90; T35.7, 122; Em 30, 855; L4, 117)  
 (Cfr. Prv 8,30; Ps 104,1)

Alleluia, cum Patre meo eram cuncta componens,  
 gratulabar autem orbe perfecto.  
 Ego sum cui Pater congaudebat quotidie alleluia, alleluia.  
 V/ Confitemini Domino, et invocate nomen eius;  
 anuntiate inter gentes opera eius.  
 R/ Ego sum cui Pater congaudebat quotidie alleluia, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Ego sum cui Pater congaudebat quotidie alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV, 289; T35.7, 123; Em 30, 856; L4, 118)

Domine Iesu Christe, perfice in nos misericordias tuas;  
 ut, sicut cum Patre cuncta creando disponis,  
 ita redimendo universa sanctifices;  
 ut non solum de conditis,  
 sed etiam de inventis sit gaudium aeternum in caelis;  
 ut ipse in nobis exultes,  
 dum nos in gaudia sempiterna perducis.  
 R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Responsorium* (AL, 90; T35.7, 124; Em 30, 857; L4, 119)  
 (Cfr. Ps 96,5; Dt 4,35; 1Par 17,20)

Veniste, Domine, et a facie tua montes fluxerunt:  
 a saeculo non audivimus  
 neque oculi nostri viderunt Deum praeter te, Domine.  
 V/ Tu es Deus, et in te es Deus, et non est alius.  
 R/ Praeter te, Domine.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Praeter te, Domine.

*Oratio* (OV, 290; T35.7, 125; Em 30, 858; L4, 120)

Venisce te, Domine, tua copiosius creatura laetatur,  
 ante cuius faciem montes fluunt:  
 praesta proinde nobis miseris tuis,  
 ut qui in loco humilitatis consistimus,

nativitatis tuae gaudiis muneremur;  
 ut quod de tua incarnatione inauditum saeculis extitit,  
 in nobis fidei fecunditate fructificet;  
 quo te cum in terris positi natum confitemur ex Virgine,  
 et ditiorem sentiamus in munere,  
 et nostris te semper iniquitatibus indulgentem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

#### *IV Missa*

*Antiphona* (AL, 90; T35.7, 126; Em 30, 859; L4, 121; Br Goth 120)  
 (Is 9,6; Ps 23,6)

Parvulus natus est nobis, Filius datus est nobis;  
 et factus est principatus eius super humerum eius,  
 et vocabitur nomen eius magni consilii Angelus,  
 admirabilis Consiliarius, Deus fortis, Dominator,  
 Princeps pacis, Pater futuri saeculi.

Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis.

*V/ Haec est generatio quaerentium eum,*  
*requirientium faciem Dei Iacob.*

*R/ Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis.*

*Oratio* (OV 291; T35.7, 127; Em 30, 860; L4, 122)

Domine Iesu Christe, qui ex Patre Deus magnus  
 pro nobis dignatus es nasci ex homine parvus,  
 ut, per te factus, per te salvaretur sine dubio mundus:  
 propitius esto, et miserere nobis;  
 nosque a mundanis contagiosis munda,  
 et in hoc mundo mundos nos esse constitue,  
 quem non iudicare, sed salvare venisti;  
 ut nobis parvulus natus, nobisque filius datus,  
 in te, et regenerationis ortum  
 et adoptionis mereamur consequi donum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 90; T35.7, 128; Em 30, 861; L4, 123; Br Goth 117)  
(Is 66,6c-8a.9; Ps 28,3)

Vox Domini reddentis retributionem inimicis suis;  
antequam parturiret, peperit;  
et antequam veniret partus eius peperit masculum.  
Quis audivit tale aut quis vidit huic simile?  
Numquid qui alios parere facio ipse non pariar?  
dicit Dominus.

Qui generationem caeteris tribuo sterilis ero?  
ait Dominus Deus vester.

*V/ Vox Domini super aquas; Deus maiestatis.*  
Et intonuit Dominus super aquas multas.

*R/ Qui generationem caeteris tribuo sterilis ero?*  
ait Dominus Deus vester.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Qui generationem caeteris tribuo sterilis ero?*  
ait Dominus Deus vester.

*Oratio* (OV 292; T35.7, 129; Em 30, 862; L4 124)

Domine Deus,  
qui nullis naturarum temporumque legibus circumscriberis,  
sed in prompto ex subditis quod volueris operaris:  
sicut hoc incomparabiliter praecipuum effecisti,  
ut Unigenitus tibi coaeternus, vir de Virgine sine viro prodiret,  
et ante tempus coniugii, partum mater incorrupta proferret:  
tribue, invicta pietate hanc vicissitudinem inimicis;  
ut in hoc tibi mysterio reconcilientur,  
pro quo inaudito gentes a saeculis illustrantur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui es benedictus  
et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 90; T35.7, 130; Em 30, 863; L4, 125)

(Cfr. Is 9,7; Ps 110,9)

Potestatis eius et pacis eius non erit finis, alleluia;  
 super thronum David sedebit ut corrigat illud,  
 et sedebit in veritate usque in aeternum, alleluia, alleluia.  
 V/ Redemptionem missit Dominus populo suo;  
 mandavit in aeternum testamentum suum,  
 sanctum et terribile nomen eius.

R/ Usque in aeternum, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Usque in aeternum, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 293; T35.7, 131; Em 30, 864; L4, 126)

Tu, Domine Iesu, vere es alpha et omega, initium et finis,  
 ante saecula cum Patre, et in saeculum ex virgine,  
 cuius potestatis, immo et pacis, non erit finis,  
 super thronum David sedens,  
 ut corrigas illud potenter et domineris sine fine veraciter;  
 largire igitur donum gratiae,  
 qui cognosceris esse rex gloriae;  
 qui in carnis abiectione venisti in mundo,  
 quos redemisti, futuro effice participes regno.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Responsorium* (AL 91; T35.7, 132; Em 30, 865; L4, 127)

(Lc 2,10; cfr. Is 9,7; 61,2c; Ps 117,24)

Gaudete et exultate omnes populi,  
 quia natus est nobis hodie Salvator mundi  
 in civitatem David;  
 cuius regnum non corrumpetur et pacis eius non erit finis.  
 Ipse consolabitur omnes lugentes,  
 et qui sedent in regione umbrae mortis faciet lumen videre.  
 V/ Hic est dies quem fecit Dominus,  
 exultemus et laetemur in eo.

R/ Cuius regnum non corrumpetur et pacis eius non erit finis.  
 Ipse consolabitur omnes lugentes,

et qui sedent in regione umbrae mortis faciet lumen videre.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Cuius regnum non corrumpetur et pacis eius non erit finis.  
Ipse consolabitur omnes lugentes,  
et qui sedent in regione umbrae mortis faciet lumen videre.*

*Oratio* (OV 294; T35.7, 133; Em 30, 866; L4, 128)

Domine Iesu Christe, qui es ineffabile gaudium christianis,  
cuius potestatis et pacis non erit finis:  
maneat in nobis imperii tui dominatio iugis,  
magnitudo perennis;  
ut omne non tuum in nobis repperiens auferas,  
nosque tuos in omnibus, ac per omnia facias;  
ut nec potestati tuae in nobis quidquam officiat  
nec paci resistat;  
sed ipse solus nos possideas,  
qui rex regum et Dominus dominorum,  
nunc et per omnia saecula regnas.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *V Missa*

*Antiphona* (AL 91; T35.7, 134; Em 30, 867; L4, 129)  
(Is 43,10c-12a; Ps 131,11)

Ante me non est formatus deus et post me non erit,  
ego sum Dominus et non est praeter me salvator;  
ego annuntiavi et salvavi.

*V/ Iuravit Dominus David veritatem, et non frustabit eum:  
de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

*R/ Ego annuntiavi et salvavi.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ego annuntiavi et salvavi.*

*Oratio* (OV 295; T35.7, 135; Em 30, 868; L4, 130)

Domine Iesu Christe,  
ante quem non est formatus deus,

et post quem ultra non erit;  
 qui salutem populo tuo praestitisti  
 quam iam ante pronuntiasti,  
 fidelis in verbis tuis et sanctus in omnibus operibus tuis:  
 incredulitatem a nobis dubiae mentis averte,  
 et cor nostrum gratiae tuae muneribus reple;  
 ut tu Deus verus credaris et cognoscaris,  
 qui Salvator omnium miraculis et virtutibus approbaris.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 91; T35.7, 136; Em 30, 869; L4, 131)

(Cfr. Is 44,6b; 48,13a; Ps 49,1)

Ego sum primus et ego in aeternum.

Manus mea firmavit caelos  
 et dextera mea fundavit terram.

Et nunc Dominus missit me et Spiritus eius.

Deus deorum, Dominus locutus est, et vocavit terram.

*R/ Et nunc Dominus missit me et Spiritus eius.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Et nunc Dominus missit me et Spiritus eius.*

*Oratio* (OV 296; T35.7, 137; Em 30, 870; L4,132)

Domine Iesu Christe,  
 quem Dominus missit et Spiritus eius,  
 cum hic ubi eras, utique veneris,  
 nec ab eo de quo prodieras aliquando recesseris:  
 respice clementer populum tuum;  
 ut te misericordem iudicem verum suscipiat,  
 quem iam venisse pium Salvatorem exultat.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia, qui vivit cum Deo Patre,  
 et regnat cum Spiritu Sancto in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaticum* (AL 91; T35.7, 138; Em 30, 871; L4, 133)  
 (Ps 84,12; Ps 106,20)

Veritas de terra orta est, alleluia;  
 iustitia de caelo prospexit, alleluia, alleluia.  
 V/ Misit verbum suum et sanavit eos,  
 et eripuit eos de interitu eorum.  
 R/ Iustitia de caelo prospexit, alleluia, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Iustitia de caelo prospexit, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 297; T35.7, 139; Em 30, 872; L4, 134)

Veritas Deus,  
 qui semper in caelo et in terra prodire dignatus es,  
 non ut caelum relinqueres,  
 sed ut caelestibus terrena coniungeres;  
 aufer a nobis opera falsitatis,  
 ut dies nostri non in vanitate deficiant,  
 sed per te ad tempora aeterna perveniant;  
 ut, quod falsitas miseriae subdidit,  
 veritas felicitati restauret.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Responsorium* (AL 91; T35.7, 140; Em 30, 873; L4, 135)  
 (Cfr. Gn 5,29; Io 1,29)

Iste qui natus est, redemptio nostra est,  
 et Dominus et Deus est;  
 et ipse consolabitur nos a plaga nostra,  
 et a labore in terra captivitatis nostrae.  
 V/ Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.  
 R/ Et ipse consolabitur nos a plaga nostra,  
 et a labore in terra captivitatis nostrae.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Et ipse consolabitur nos a plaga nostra,  
 et a labore in terra captivitatis nostrae.

*Oratio* (OV 298; T35.7, 141; Em 30, 874; L4, 136)

Domine Iesu Christe,  
 qui es redemptio nostra, esto et salus nostra;  
 sana plagam contritionis nostrae,  
 qui suscepisti carnem fragilitatis humanae;  
 et qui veniens, onera nostra sublevare dignatus es:  
 quaesumus, ut a malis operibus nostros labores evacues,  
 nostraque studia, pius, in bono confirmes.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

#### *VI Missa*

*Antiphona* (AL 91; T35.7, 142; Em 30, 875; L4, 137)

(Cfr. Io 1,13b; Io 1,14; Ps 88,7)

Non ex voluntate viri sed ex Deo natus est,  
 et vidimus gloriam eius,  
 quasi gloriam Unigeniti a Patre plenum gratia et veritate.  
 Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

V/ Quis in nubibus aequabitur Domino,  
 aut quis similis erit Deo inter filios Dei?

R/ Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

*Oratio* (OV 299; T35.7, 143; Em 30, 876; L4, 138)

Christe, Salvator noster et Domine,  
 qui non ex voluntate vel coitu virili formaris,  
 sed plenus gratia et veritate ex virginali utero nasceris;  
 qui, Verbum caro factum pro nobis,  
 gloriosus appares universis:  
 annue precibus nostris;  
 ut, qui te plenum gratia et veritate fatemur,  
 te sine intermissione sequamur;  
 et sicut haec nativitatis tuae promissa,  
 figuris praeeuntibus, in veritate completa sunt,  
 ita gratia tua mortificationem criminum

in nobis protinus operetur;  
 ut, qui veritate credimus, per gratiam coronemur,  
 et, quos veritas se fecit cognoscere,  
 gratia non sinat usquequaque perire.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante, qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 91; T35.7, 144; Em 30, 877; L4, 139)  
 (Lc 1,32b-33; Ps 92,1)

Dedit ei Dominus thronum David patris sui,  
 et regnabit in domo Iacob in aeternum,  
 et regni eius non erit finis.

*V/ Dominus regnavit decorem indutus est;*  
*indutus est Dominus fortitudinem et praecinxit se.*

*R/ Et regni eius non erit finis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et regni eius non erit finis.*

*Oratio* (OV 300; T35.7, 145; Em 30, 878; L4, 140)

Immensa Dei sapientia Patris,  
 qui Filius Dominusque David  
 prophetae vaticiniis approbaris;  
 tu in throno Patris consistens,  
 atque domum Iacob, id est Ecclesiam, regens:  
 sic nobis omnibus in ea consistentibus  
 protectionis tuae gubernacula porrige;  
 ut tecum mereamur vivere sine fine;  
 ut in tuo regno sine fine vivamus,  
 cuius regni finem nullum esse pavescimus.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante et auxiliante,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiatricum* (AL 91-92; T35.7, 146; Em 30, 879; L4, 141)  
 (Cfr. Dn 2,34.35c; Ps 112,3)

Vidi lapidem de monte abscisum  
 sine manibus praecedentium,

et dum pervenisset in terra  
replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.

*V/ A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.*

*R/ Replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.*

*V/ Lapidem quem reprobaverunt aedificantes,  
hic factus est in caput anguli.*

*R/ Replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 301; T35.7, 147; Em 30, 880; L4, 142)

Domine Iesu Christe,  
qui sine manibus complectentis de inviolata virgine ortus,  
quasi lapis de monte sine manibus praecedentis,  
venisse cognosceris,  
atque universam terram  
incircumscripta virtute implere probaris:  
in omni iam terra in te salva credentes,  
qui omnes per totum mundum  
tuo subdidisti imperio nationes;  
ut a te repleri universa cognoscantur,  
dum per te sanctificari omnia sentiuntur;  
dita Ecclesiam tuam munere sanctitatis,  
et orna nitore perspicuo pietatis;  
ut perveniens ad promissa tua, fruatur gloria tua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 92; T35.7, 148; Em 30, 881; L4, 143)

(Cfr. Is 9,6a.7a; 25,9b)

Ecce natus est nobis filius,  
et factus est principatus super humeros eius;  
multiplicabitur eius imperium  
et regni eius non erit finis;  
super thronum David sedebit  
ut iudicet illud amodo et usque in sempiternum.

*V/ Ecce Deus noster iste est,  
expectabimus eum et salvabit nos.*

*R/ Amodo et usque in sempiternum.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Amodo et usque in sempiternum.*

*Oratio* (OV 302; T35.7, 149; Em 30, 882; L4, 144)

Ecce natum te, Christe, filium confitemur,  
cuius principatus super humeros ponitur,  
dum illic principium salutis nostrae constituis,  
quo in tuis humeris  
patibulum pro nobis suscipere dignatus es crucis:  
magnificetur ergo in Ecclesia tua regnum tuum,  
nomen etiam dilatetur, multiplicetur imperium,  
et cum plenitudines gentium in pace possederis,  
paci tuae nullus sit finis.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *VII Missa*

*Antiphona* (AL 92; Em 30, 883; L4, 145)  
(Cfr. Prv 8,27a.28; Ps 88,7)

Cum pararet caelos aderam illi,  
et dum secerneret sedem suam supra ventos  
ut fortiam faceret fundamenta terrae;  
cum pensaret in pondere montes,  
ego eram apud ipsum componens omnia,  
ego eram cui Pater congaudebat.

*V/ Quis in nubibus aequabitur Domino,*  
aut quis similis erit Domino inter filios Dei?

*R/ Ego eram apud ipsum componens omnia,*  
ego eram cui Pater congaudebat.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Ego eram apud ipsum componens omnia,*  
ego eram cui Pater congaudebat.

*Oratio* (OV 307; Em 30, 884; L4,146)

Omnipotens Deus,  
 qui fabricam mundi Verbo tuo cooperante,  
 Tibique adaugente, disposuisti:  
 praesta, ut qui nos ad gaudium condidisti,  
 ne ad aeternum luctum criminibus involvamur,  
 virtutis tuae subsidio muniamur;  
 ut in te maneat exultantium laus,  
 per quem liberatorum restituta es salus.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL 92; T35.7, 150; Em 30, 885; L4, 147)

(Cfr. Sap 18,14-15a; cfr. Ps 101,20)

Cum medium silentium tenerent omnia,  
 et nox in suo cursu medium iter ageret;  
 omnipotens sermo tuus, Domine,  
 e caelis a regalibus sedibus venit.

V/ Quia prospexit de caelo sancto suo;  
 Dominus de caelo in terra prospexit.

R/ Omnipotens sermo tuus, Domine,  
 e caelis a regalibus sedibus venit.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Omnipotens sermo tuus, Domine,  
 e caelis a regalibus sedibus venit.

*Oratio* (OV 308; Em 30, 886; L4, 148)

Cum medium silentium tenerent omnia,  
 et nox in suo cursu iter ageret,  
 grande enim, Domine, et excitabile silentium  
 antequam Verbum tuum comearet e caelis,  
 terrena suppreserat,  
 quia laudis tuae confessio in mundo universo cessaverat.  
 Cum vero omnipotens sermo tuus de regalibus sedibus venit,  
 ecce ad te undique concurrentium actibus,  
 undique confitentium laudes praeconiasque cantantur,  
 corde in te creditur ad iustitiam  
 et ore fit confessio tui nominis ad salutem;  
 errorum nos cursus perdidit,

quia lux in tenebris venit  
 et eam tenebrae comprehendere nequierunt;  
 silentium evanuit,  
 quia Verbi tui confessio  
 quaqua versum toto iam orbe personavit:  
 exultent ergo labia nostra cum psalmum dixerint tibi,  
 et anima nostra redemptionis sua festa celebret;  
 ut, qui redemptorum exultatio,  
 efficiaris nostra in futuri sempiterna remuneratio  
 et aeterna laudatio.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus  
 et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 98; Em 30, 887; L4, 149)

(Cfr. 1Sam 11,13; Ps 117,24)

Alleluia. Hodie facta est salus populi huius;  
 alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Hic est dies quem fecit Dominus,  
 exultemus et laetemur in eo.

*R/ Hodie facta est salus populi huius;*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Hodie facta est salus populi huius;*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 303; Em 30, 888; L4, 150)

Iesu Domine, qui es aeterni Patris Filius coaeternus,  
 cuius divinitas ex Patre prolata  
 ortum ostendit, initium nescit:  
 tu pro nobis ante aliquot tempora  
 homo ex homine in tempore natus,  
 affluentem tuae pietatis gratiam  
 et pacem nostris concede temporibus;  
 ut nos salvando conquiras, et dilatando possideas.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 92; T35.7, 156; Em 30, 889; L4, 151)  
 (Ps 46,2)

Splendet hodie caelum et terram,  
 quia Salvator nobis natus est  
 ad redimenda peccata nostra,  
 ipse est Dominus Deus noster.

V/ Omnes gentes plaudite manibus,  
 iubilate Deo in voce exultationis.

R/ Quia Salvator nobis natus est  
 ad redimenda peccata nostra,  
 ipse est Dominus Deus noster.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quia Salvator nobis natus est  
 ad redimenda peccata nostra,  
 ipse est Dominus Deus noster.

*Oratio* (OV 306; L4, 152)

Tu, Domine, cuius Verbum caeli inhabitat ambitu,  
 et terra irradiat caro factum:  
 da nobis Verbi ipsius obsequiis inhaerere,  
 quod sancta praedicatione  
 in progenies generationum dedisti cognoscere;  
 ut, sicut tecum cuncta creando disponit,  
 ita redimendo universa sanctificet.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Canticum VT* (Br Goth 120-121)

(Gn 49, 1-27)

*Antiphona* (Br Goth 120)

(Cfr. Gn 49,9)

Catulus leonis Iuda de germine, fili, ita ascendisti; requies-  
 cens accubuisti ut leo, et quasi catulus leonis, quem suscitare nu-  
 llus audebit.

Vocavit autem Iacob filios suos \* et ait eis:

“Congregamini, ut annuntiem, quae ventura sunt vobis \* in  
 diebus novissimis.

Congregamini et audite, filii Iacob, \* audite Israel patrem  
 vestrum!

Ruben primogenitus meus, + tu fortitudo mea et principium  
 roboris mei; \* prior in dignitate, maior in robore!  
 Ebulliens sicut aqua non excellas, + quia ascendisti cubile  
 patris tui \* et maculasti stratum meum.  
 Simeon et Levi fratres, \* vasa violentiae arma eorum.  
 In consilium eorum ne veniat anima mea, \* et in coetu illo-  
 rum non sit gloria mea;  
 quia in furore suo occiderunt virum \* et in voluntate sua  
 subnervaverunt tauros.  
 Maledictus furor eorum, quia pertinax, \* et indignatio eorum,  
 quia dura!  
 Dividam eos in Iacob \* et dispergam eos in Israel.  
 Iuda, te laudabunt fratres tui; + manus tua in cervicibus ini-  
 micorum tuorum; \* adorabunt te filii patris tui.  
 Catulus leonis Iuda: \* a praeda, fili mi, ascendisti;  
 requiescens accubuit ut leo \* et quasi leaena; quis suscitabit  
 eum?  
 Non auferetur sceptrum de Iuda \* et baculus ducis de pedi-  
 bus eius,  
 donec veniat ille, cuius est, \* et cui erit oboedientia gen-  
 tium;  
 ligans ad vineam pullum suum \* et ad vitem filium asinae  
 suaे  
 lavabit in vino stolam suam \* et in sanguine uvae pallium  
 suum;  
 nigriores sunt oculi eius vino \* et dentes eius lacte candidio-  
 res.  
 Zabulon in litore maris habitabit + et in statione navium, \*  
 pertingens usque ad Sidonem.  
 Issachar asinus fortis, \* accubans inter caulas  
 vidit requiem quod esset bonam, \* et terram quod optima;  
 et supposuit humerum suum ad portandum \* factusque est  
 tributis serviens.  
 Dan iudicabit populum suum \* sicut una tribuum Israel.  
 Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, + mordens calca-  
 nea equi, ut cadat ascensor retro. \* Salutare tuum exspecta-  
 bo, Domine!  
 Gad, latrones aggredientur eum, \* ipse autem aggredietur  
 calcaneum eorum.  
 Aser, pinguis panis eius, \* et praebebit delicias regales.  
 Nephtali cerva emissa, \* dans cornua pulchra.

Arbor fructifera Ioseph, + arbor fructifera super fontem: \*  
rami transcendunt murum.

Sed exasperaverunt eum et iurgati sunt, \* et adversati sunt  
illi habentes iacula.

Et confractus est arcus eorum. \* et dissoluti sunt nervi bra-  
chiorum eorum

per manus Potentis Iacob, \* per nomen Pastoris, Lapidis Is-  
rael.

Deus patris tui erit adiutor tuus, \* et Omnipotens bendicet  
tibi

benedictionibus caeli desuper, + benedictionibus abyssi ia-  
centis deorsum, \* bendictionibus uberum et vulvae.

Benedictiones patris tui confortatae sunt + super benedic-  
tiones montium aeternorum, \* desiderium collum antiquo-  
rum;

fiant in capite Ioseph \* et in vertice nazarei inter fratres  
suos.

Beniamin lupus rapax; + mane comedet praedam \* et vespere  
dividet spolia.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Catulus leonis Iuda de germine, fili, ita ascendisti; requies-  
cens accubuisti ut leo, et quasi catulus leonis, quem suscitare nu-  
llus audebit.

*Oratio de cantico (Br Goth 121)*

Te, Christe Domine,  
catulum leonis domui Iuda affuisse cognovimus,  
quem totis praecordiis postulamus;  
ut qui apparuisti in carne, de manu fortis capiens praedam,  
ad iudicium veniens  
misericordiam praeroges fidelibus repromissam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones**Antiphona* (AL 93; T35.7, 160; Em 30, 891; L4, 154)

(Ps 84,2a; cfr. 1Reg 1,48)

Benedixisti, Domine, terram tuam, alleluia. Benedictus Dominus qui dedit hodie requiem populo suo Israel, alleluia, alleluia, alleluia.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Benedixisti, Domine, terram tuam, alleluia. Benedictus Dominus qui dedit hodie requiem populo suo Israel, alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio de benedictionibus*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Sonus* (AL 93; T35.7, 161; L4, 155; Br Goth 122)

(Ps 2, 7-10.6a)

Dominus dixit ad me:

Filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia.

V/ Pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam,  
et possessionem tuam terminos terrae,

et reges in virga férrea  
et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intellegite;  
erudimini qui iudicatis terram.

Ego autem constitutus sum Rex  
super Sion montem sanctum eius.

R/ Ego hodie genui te, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ego hodie genui te, alleluia.

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona de psalmis* (Br Goth 122; AL 93; T35.7, 162; L4, 156)

(Ps 148,1)

Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia. Laudate eum in excelsis, alleluia. Gloria tibi Deus.

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia. Laudate eum in excelsis, alleluia. Gloria tibi Deus.

*Lectio (Br Goth 122)*

(Is 8,23b – 9,1-6)

Lectio Isaiae prophetae.

R/ Deo gratias.

Primo tempore contemptibilem reddidit terram Zabulon et terram Nephthali; et novissimo glorificavit viam maris, trans Iordanem, Galilaeam gentium.

Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis.

Multiplicasti exultationem et magnificasti laetitiam; laetantur coram te sicut laetantes in messe, sicut exultant, quando dividunt spolia.

Iugum enim oneris eius et virgam umeri eius et sceptrum exactoris eius fregisti, sicut in die Madian.

Quia omnis caliga incidentis cum tumultu et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, cibus ignis.

Parvulus enim natus est nobis, filius datus est nobis; et factus est principatus super umerum eius; et vocabitur nomen eius admirabilis Consiliarius, Deus fortis, Pater aeternitatis, Princeps pacis.

Magnum erit eius imperium, et pacis non erit finis super solium David et super regnum eius, ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia amodo et usque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.

R/ Amen.

*Hymnus* (Br Goth 1298-1299; AL 93; T35.7, 163; Em 30, 678, 902; L4, 157; MPs 198)

A solis ortus cardine  
et usque ad terrae limitem,  
Christum canamus Principem,  
natum Maria virgine.

Gaudete quidquid gentium  
Iudea, Roma, et Grecia,  
Aegyptus, Thrax, Persa, Scytha;  
Rex unus possidet.

Laudate vestrum Principem  
omnes beati ac perdit;  
ubi imbecilli, ac mortui,  
iam nemo post haec mortuus.

Fit porta Christi pervia,  
referta plena gratia;  
transitque Rex, et permanet  
clausa, ut fuit per saecula.

Genus superni numinis  
processit aula Virginis,  
Sponsus, Redemptor, Conditor,  
suae gigas Ecclesiae.

Honor matris et gaudium,  
immensa spes credentium  
per atra mortis pocula  
resolvit nostra crima.

Lapis de monte veniens  
mundumque replens gratia,  
quem non praecissum manibus  
Vates vetusti nuntiant.

Deo Patri sit gloria,  
eiusque soli Filio,  
cum Spiritu Paraclito  
in sempiterna saecula. Amen.

Qui, Verbum, caro factum est  
praeconio angelico,  
de claustris virginalibus  
virginis virgo natus est.

Rorem dederunt aethera  
nubesque Iustum fuderunt;  
patens exceptit Dominum  
terra salutem generans.

Mirabilis conceptio  
Christum protulit sobolem,  
ut Virgo partum funderet,  
post partum virgo sisteret.

Exultet omnis anima  
nunc Redemptorem gentium,  
mundi venisse Dominum  
redimere quos condidit.

Creator cuncti generis,  
orbis, quem totus non capit,  
in tua, sancta Genetrix,  
sese reclusit viscera.

Quem Pater ante tempora  
Deus, Deumque genuit,  
matris alma virginitas  
cum tempore partum edidit.

Tollens cuncta facinora,  
et donans sancta munera,  
augmentum lucis afferens,  
tenebris damnum inferens.

*Versus* (AL 93; Em 30, 903)

(Ps 117,24)

*V/ Hic est dies quem fecit Dominus.*

*R/ Exultemus et laetemur in ea.*

*Supplicatio* (Br Goth 115, 123)

Oremus.

Dei Patris misericordiam supplices imploremus;  
ut nos, gratia Christi sui, Domini nostri Iesu Christi,  
propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie, eleison.

*R/ Christe, eleison; Kyrie, eleison.*

*Completuria* (OV 312; T35.7, 165; L4, 158; Br Goth 123)

Requies angelorum, omniumque sanctorum,  
Domine Iesu Christe,  
da hodie,  
in hoc recurrenti nativitatis tuae sacratissimo festo  
requiem populo tuo;  
ut in Te a delictis et oneribus pessimis requiescat,  
teque cum universa creatura benedicens,  
tuam in omnibus ac per omnia benedictionem accipiat;  
ut, quem a maledicto liberare venisti,  
numquam patiaris tuae benedictionis munere defraudari;  
sed te iugiter benedicendo,  
benedictus permaneat in aeternum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 313; T35.7, 166; L4, 159)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Unigenitus filius Dei, qui se humanitati miserendo permiscuit,  
vos remunerando suaे divinitati conectat.

*R/ Amen.*

Et qui propter vos, ut virginea partitidine nasceretur,  
humanae naturae sustinuit leges,  
ideo vos et humanitatis vestrae periculis privet,  
et divinitatis suaे muniberibus ditet.

*R/ Amen.*

Atque ita vos in plenitudine miserationum assumat,  
sicut in veritate humilitatis  
propter vos semetipsum inclinat.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaे,  
qui es benedictus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 93; T35.7, 167; L4, 160)  
(Is 9,2)

Populus qui sedebat in tenebris lucem vidi magnam:  
habitibus in regione umbrae mortis,  
lux orta est eis, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 310)

Domine Iesu Christe,  
qui ex Virgine matre sine ulla corruptione prodiens,  
integritatis amator esse cognosceris,  
dum conceptio Matrem assignat,  
et partus Virginem profert:  
mentis nostrae, carnisque corruptionem misericorditer sana,  
utriusque tibi speciem exhibe castam,  
quo tibi anima subdita castum corpus possideat,  
atque sincera ad te remuneratura perveniat.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 95; Br Goth 128)

(Ps 8,6b; Ps 20,6b; Ps 6,7)

Gloria et honore coronasti eum, Domine.

V/ Gloriam et magnum decorem impones super eum.

R/ Coronasti eum, Domine.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Coronasti eum, Domine.

*Oratio* (Br Goth 113)

Vespertinis laudibus iam praemissis, Domine,  
paramus lucernam Christo tuo, Domino ac Deo nostro,  
ut fructu iustitiae repleamur ad gratiam,  
et verbum vitae contineamus ad gloriam.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Sonus* (AL 87; T35.7, 92; Em 30, 822; L4, 87; Br Got 113)

(Ps 109, 3-4.6-7)

In splendoribus sanctorum,  
ex utero ante luciferum, genui te, alleluia.

V/ Iuravit Dominus et non paenitebit eum,  
tu es sacerdos in aeternum

secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.

V/ Dominus a dextris suis; confringet in die irae suae reges,  
iudicabit in nationibus implevit ruinas,  
conquassabit capita multa in terra copiosa.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput, alleluia.

R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.

*Antiphona (AL 95)*

(Cfr. Io 1,14b; Ps 88,7)

Vidimus gloriam Domini, gloriam quasi unigeniti a Patre,  
plenum gratia et veritate.

V/ Quis in nubibus aequabitur Domino,  
similis erit Deo in filiis Dei?

R/ Plenum gratia et veritate.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Plenum gratia et veritate.

*Antiphona (AL 88; T35.7, 94; Em 30, 824; L4, 89)*

(2Par 20; Ps 94,1)

Confidentes estote,  
videbitis auxilium Domini super vos, Iudaeam et Ierusalem;  
nolite timere cras egrediemini, et Dominus erit vobiscum.

V/ Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro.

R/ Et Dominus erit vobiscum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et Dominus erit vobiscum.

*Alleluiaiticum (AL 95; Em 30, 901)*

(Ps 110,9a; Ps 112,2)

Redemptionem misit Dominus populo suo,  
alleluia, alleluia.

V/ Sit nomen Domini benedictum,  
ex hoc nunc et usque in saeculum.

R/ Alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 1298-1299; AL 93; T35.7, 163; Em 30, 678, 902; L4, 157; MPs 198)

A solis ortus cardine  
et usque ad terrae limitem,  
Christum canamus Principem,  
natum Maria virgine.

Gaudete quidquid gentium  
Iudaea, Roma, et Grecia,  
Aegyptus, Thrax, Persa, Scytha;  
Rex unus possidet.

Laudate vestrum Principem  
omnes beati ac perdit;  
ubi imbecilli, ac mortui,  
iam nemo post haec mortuus.

Fit porta Christi pervia,  
referta plena gratia;  
transitque Rex, et permanet  
clausa, ut fuit per saecula.

Genus superni numinis  
processit aula Virginis,  
Sponsus, Redemptor, Conditor,  
suae gigas Ecclesiae.

Honor matris et gaudium,  
immensa spes credentium  
per atra mortis pocula  
resolvit nostra crimina.

Lapis de monte veniens  
mundumque replens gratia,  
quem non praecissum manibus  
Vates vetusti nuntiant.

Deo Patri sit gloria,  
eiusque soli Filio,  
cum Spiritu Paraclito  
in sempiterna saecula. Amen.

Qui, Verbum, caro factum est  
praeconio angelico,  
de claustris virginalibus  
virginis virgo natus est.

Rorem dederunt aethera  
nubesque Iustum fuderunt;  
patens excepit Dominum  
terra salutem generans.

Mirabilis conceptio  
Christum protulit sobolem,  
ut Virgo partum funderet,  
post partum virgo sisteret.

Exultet omnis anima  
nunc Redemptorem gentium,  
mundi venisse Dominum  
redimere quos condidit.

Creator cuncti generis,  
orbis, quem totus non capit,  
in tua, sancta Genetrix,  
sese reclusit viscera.

Quem Pater ante tempora  
Deus, Deumque genuit,  
matris alma virginitas  
cum tempore partum edidit.

Tollens cuncta facinora,  
et donans sancta munera,  
augmentum lucis afferens,  
tenebris damnum inferens.

*Versus* (AL 88; T35.7, 96; Em 30, 827; L4, 92)  
 (Ps 18,6)

V/ In sole posuit tabernaculum suum  
 R/ Et ipse tamquam Sponsus procedens de thalamo suo.

*Supplicatio* (Br Goth 115, 123)

Oremus.

Dei Patris misericordiam supplices imploremus;  
 ut nos, gratia Christi sui, Domini nostri Iesu Christi,  
 propitius iustificare dignetur.

R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.

Kyrie, eleison.

R/ Christe, eleison; Kyrie, eleison.

*Completuria* (OV 314; Em 30, 904)

Vidimus gloriam tuam, Domine,  
 gloriam quasi Unigeniti a Patre,  
 Unigenitum Deitate, Primogenitum munere;  
 illic unicum Patris,  
 hic praecipuum inter fratres;  
 ibi cum Patre unum,  
 hic in fratribus primum;  
 illic aequaliter subsistentem, et in sinu Patris manentem;  
 hic socios non derelinquentem;  
 ibi creantem,  
 hic sublevantem;  
 largire, igitur, tuo fieri participes regno,  
 quibus es propitiatus in mundo;  
 quibusque pius advenisti Redemptor,  
 existe in futuro remunerator.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio (OV 315)*

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Dominus Iesus Christus, qui sua vos nativitate redemit,  
ipse vos in fide confirmet, et in temptatione gubernet.

*R/ Amen.*

In virtute multiplicet, in infirmitate relevet,  
et in anxietate laetificet.

*R/ Amen.*

Infundat in vobis suae pietatis gratiam,  
temperet disciplinam, remittat offensam.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia,  
qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto,  
unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum (AL 88; T35.7, 99; L4, 94)*

(Is 7, 14b-15; cfr. Is 7,16)

Alleluia. Vocabitis nomen eius Emmanuel,  
butyrum et mel manducabit,  
et priusquam cognoscat puer vocare patrem aut matrem,  
accipiet virtutem Damasci, alleluia, alleluia.

*Oratio (Br Goth 116)*

Benedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae;  
ut et mentes copia doctrinae refulgeant,  
et campi donorum tuorum ubertate pinguescant.  
Quo et ita nobis substantia cum tua gratia largiatur,  
ut et caro frugibus,  
et anima divinis pasta collaetetur virtutibus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

**OFFICIUM IN DOMINICO POST DIEM NATIVITATIS DOMINI****Ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Vespertinum* (AL 87; T35.7, 91; Em 30, 821; L4, 86; Br Goth 113)  
 (Ps 131, 17b-18.11; 2Sam, 7.14; cfr. Heb 1,5c)

Paravi lucernam Christo meo,  
 inimicos eius induam confusione,  
 super ipsum autem florebit sanctificatio mea.  
*V/ Iuravit Dominus veritatem et non auferetur ab eo,*  
*de fructu ventris tui ponam super sedem meam.*  
*R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.*  
*V/ Et ero ei in patre, et ipse erit mihi in filio.*  
*R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.*  
*V/ Et ego illum ponam primogenitum,*  
*excelsum prae regibus terrae.*  
*R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.*

*Sonus* (AL 87; T35.7, 92; Em 30, 822; L4, 87; Br Got 113)  
 (Ps 109, 3-4.6-7)

In splendoribus sanctorum,  
 ex utero ante luciferum, genui te, alleluia.  
*V/ Iuravit Dominus et non paenitebit eum,*  
*tu es sacerdos in aeternum*  
*secundum ordinem Melchisedech, alleluia.*  
*R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.*  
*V/ Dominus a dextris suis; confringet in die irae sua reges,*  
*iudicabit in nationibus implevit ruinas,*  
*conquassabit capita multa in terra copiosa.*  
*De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput, alleluia.*  
*R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.*

*Antiphona* (AL 87; T35.7, 93; Em 30, 823; L4, 88; Br Goth 114)  
(Is 45,8; Ps 18,2)

Rorate caeli desuper et nubes pluant iustum,  
aperiatur terra et germinet Salvatorem,  
et iustitia oriatur simul, ego Dominus, creavi eum.  
V/ Caeli enarrant gloriam Dei,  
et opera manuum eius annuntiat firmamentum.

R/ Ego Dominus, creavi eum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ego Dominus, creavi eum.

*Alleluiaiticum* (AL 88; T35.7, 95; Em 30, 825; L4, 90)

(Cfr. Ex 16,7; Ps 117,24)

Hodie locutus est Dominus dicens: alleluia,  
crastina videbitis gloriam meam, alleluia, alleluia.

V/ Hic est dies quem fecit Dominus,  
exultemus et laetemur in eo.

R/ Crastina videbitis gloriam meam, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Crastina videbitis gloriam meam, alleluia, alleluia.

*Hymnus* (L4, 91; Br Goth 114-115; AL 88; T35.7, 96; MPs 200; Em 30, 826)

Veni Redemptor gentium,  
ostende partum Virginis  
miretur omne saeculum  
talis partus decet Deum.

Non ex virile semine,  
sed mystico spiramine  
Verbum Dei factum est caro  
fructusque ventris floruit.

Almus tumescit Virginis,  
clastra pudoris permanet;  
vexilla virtutum micant  
versatur in templo Deus.

Procedens de thalamo suo  
pudoris aula regia  
gemina gigas substantiae  
alacris ut currat viam.

Egressus eius a Patre,  
regressus eius ad Patrem;  
excursus usque ad inferos  
recursus ad sedem Dei.

Aequalis aeterno Patri  
carnis trophyo accingere;  
infirma nostri corporis  
virtute firmans perpetim.

Praesepe iam fulget tuum  
lumenque nox spirat novum  
quod nulla nox interpollet,  
fideque iugi luceat.

Hymnis venite dulcibus,  
omnes canamus subditum  
Christo triumpho Tartari,  
qui nos redemit venditos.

Zelum draconis invidi  
et os leonis pessimi,  
calcavit unicus Deus,  
seseque caelis redidit.

Deo Patri sit gloria,  
eiusque soli Filio,  
cum Spiritu Paraclito  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL 88; T35.7, 96; Em 30, 827; L4, 92)  
(Ps 18,6)

V/ In sole posuit tabernaculum suum.

R/ Et ipse tamquam Sponsus procedens de thalamo suo.

*Supplicatio* (Br Goth 115, 123)

Oremus.

Dei Patris omnipotentis misericordiam supplices imploremus,  
ut nos, gratia Christi sui, Domini nostri Iesu Christi,  
propitius iustificare dignetur.

R/ Praesta aeterne, omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison. Kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 115; T35.7, 97a; cfr. OV 276; Em 30, 828)

Rorate, caeli desuper, utique prophetando Christum,  
 et nubes pluant iustum;  
 dum sancti omnes eius praecognitum adventum.  
 Aperiatur terra, ut, Angelo scilicet alloquente,  
 Virgo concipiat et pariat Salvatorem.  
 Hic igitur ros, qui abs te est, omnipotens Pater,  
 rogamus et petimus, ut fiat sanitas infirmorum;  
 et, haec pluvia matutini temporis, praebet,  
 nostri temporis infundat arenem,  
 quae, infusa tanta gratia, praeteritum facinus abluit,  
 et aeternum credentibus iustitiae lumen infundat;  
 necnon eiusdem Filii tui Domini nostri  
 indemnes praesentiam contuentes,  
 atque caelicolis coetui eius in iubilo occurrentes,  
 hoc canticum laetitiae praecinamus ovantes:  
 Benedictus qui venit in nomine Domini,  
 Deus Dominus et illuxit nobis;  
 cuius nos adventus redemit, et nativitas illustravit;  
 qui veniens requisivit perditos,  
 et illuminavit in tenebris constitutos.  
 Tribue ergo, omnipotens Pater,  
 ut diem nativitatis eius ita devotione piissima celebremus,  
 ut iudicii diem mitissimum sentiamus;  
 ut, cuius benignitatem in redemptione cognovimus,  
 eius pietatem in iudicio sentiamus.  
*R/ Amen.*  
 Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Benedictio* (OV 277; T35.7, 98; Em 30, 829; L4, 93; Br Goth 115)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Benedicat vos, Dominus noster Iesus Christus,  
qui olim in hac die pastoribus  
in praesepio apparuit gloriosus.

*R/ Amen.*

Ipse vos in omnibus protegat ac defendat,  
qui pro vobis misericors humanam suscepit infantiam.

*R/ Amen.*

Quique vester est Conditor et Redemptor,  
ipse vos in aeternum propitius conservare dignetur a malo.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 88; T35.7, 99; Em 30, 830; L4, 94)  
(Is 7, 14b-15; cfr. Is 7,16)

Alleluia. Vocabitis nomen eius Emmanuel,  
butyrum et mel manducabit,  
et priusquam cognoscat puer vocare patrem aut matrem,  
accipiet virtutem Damasci, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 116)

Benedic, Domine, coronam anni benicitatis tuae;  
ut et mentes copia doctrinae refulgeant,  
et campi donorum tuorum ubertate pinguescant.  
Quo et ita nobis substantia cum tua gratia largiatur,  
ut et caro frugibus,  
et anima divinis pasta collaetetur virtutibus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

### Officium matutinum

*Hymnus*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Oratio de Aeterne* (T 35.4, 808; S6, 378; Br Goth 229)

Deus, quem totius opificem operis laudando,  
 concelebrat condita magnitudo,  
 cuiusque potentiam intelligibilis creatura miratur:  
 tibi supplices honorem deferimus,  
 te cordis vocibus invocamus,  
 ut qui nos ad matutinum officium,  
 gallo paeconante, exsuscitas,  
 placita tibi nostri famulatus vota efficias,  
 ut tuo fulti praesidio,  
 quod delinquendo sorduimus abluas,  
 et iugiter prece iustificationis tuae gratiam nobis impertias.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmi canonici cum antiphonis concordibus 3, 50, 56*

*Antiphona* (AL 476; T35.4, 811; T35.5, 87; Br Goth 51, 72, 187, 216-217, 324, 380-381, 696)

(Ps 3,2.4)

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?, tu autem,  
 Domine, susceptor meus es.

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Ant.* Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?, tu autem, Do-  
 mine, susceptor meus es.

*Antiphona* (Br Goth 51)

(Ps 50,4)

Lava me, Domine, ab iniustitia mea: et a peccato meo munda  
 me.

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Ant.* Lava me, Domine, ab iniustitia mea: et a peccato meo munda  
 me.

*Antiphona* (Br Goth 51, 187, 325, 696; T35.4, 812)  
 (Ps 56,2)

In te confidit anima mea: libera me, Domine.

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Ant.* In te confidit anima mea: libera me, Domine.

*Oratio de psalmis canonicis* (Br Goth 51-52)

Domine Iesu Christe,  
 qui credentes in te redimendo suscipis,  
 et exaltando glorificas;  
 plebem tuam ab iniustiae et peccatorum vinculis libera:  
 veritatis et sapientiae tuae munere corda eorum locupleta;  
 mentesque sanctifica;  
 ut, sicut in caelo cum sanctis regnat gloria,  
 sic et in nobis maneat salus et benedictio tua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto,  
 unus Deus, vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa*

(*Vel alia missa in officio in diem Nativitatis Domini*)

*Antiphona* (AL 91; T35.7, 142; Em 30, 875; L4, 137)  
 (Cfr. Io 1,13b; Io 1,14; Ps 88,7)

Non ex voluntate viri sed ex Deo natus est,  
 et vidimus gloriam eius,  
 quasi gloriam Unigeniti a Patre plenum gratia et veritate.  
 Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

*V/ Quis in nubibus aequabitur Domino,*  
*aut quis similis erit Deo inter filios Dei?*

*R/ Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.*

*Oratio* (OV 299; T35.7, 143; Em 30, 876; L4, 138)

Christe, Salvator noster et Domine,  
 qui non ex voluntate vel coitu virili formaris,

sed plenus gratia et veritate ex virginali utero nasceris;  
 qui, Verbum caro factum pro nobis,  
 gloriosus appares universis:  
 annue precibus nostris;  
 ut, qui te plenum gratia et veritate fatemur,  
 te sine intermissione sequamur;  
 et sicut haec nativitatis tuae promissa,  
 figuris praeeuntibus, in veritate completa sunt,  
 ita gratia tua mortificationem criminum  
 in nobis protinus operetur;  
 ut, qui veritate credimus, per gratiam coronemur,  
 et, quos veritas se fecit cognoscere,  
 gratia non sinat usquequaque perire.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante, qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 91; T35.7, 144; Em 30, 877; L4, 139)

(Lc 1,32b-33; Ps 92,1)

Dedit ei Dominus thronum David patris sui,  
 et regnabit in domo Iacob in aeternum,  
 et regni eius non erit finis.

*V/ Dominus regnavit decorem indutus est;*  
*indutus est Dominus fortitudinem et praecinxit se.*

*R/ Et regni eius non erit finis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et regni eius non erit finis.*

*Oratio* (OV 300; T35.7, 145; Em 30, 878; L4, 140)

Immensa Dei sapientia Patris,  
 qui Filius Dominusque David  
 prophetae vaticiniis approbaris;  
 tu in throno Patris consistens,  
 atque domum Iacob, id est Ecclesiam, regens:  
 sic nobis omnibus in ea consistentibus  
 protectionis tuae gubernacula porrige;  
 ut tecum mereamur vivere sine fine;  
 ut in tuo regno sine fine vivamus,  
 cuius regni finem nullum esse pavescimus.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante et auxiliante,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 91-92; T35.7, 146; Em 30, 879; L4, 141)  
 (Cfr. Dn 2,34.35c; Ps 112,3)

Vidi lapidem de monte abscisum  
 sine manibus praecedentium,  
 et dum pervenisset in terra  
 replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.  
*V/ A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.*  
*R/ Replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.*  
*V/ Lapidem quem reprobaverunt aedificantes,*  
 hic factus est in caput anguli.  
*R/ Replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Replevit orbe terrae, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 301; T35.7, 147; Em 30, 880; L4, 142)

Domine Iesu Christe,  
 qui sine manibus complectentis de inviolata virgine ortus,  
 quasi lapis de monte sine manibus praecedentis,  
 venisse cognosceris,  
 atque universam terram  
 incircumscripta virtute implere probaris:  
 in omni iam terra in te salva credentes,  
 qui omnes per totum mundum  
 tuo subdidisti imperio nationes;  
 ut a te repleri universa cognoscantur,  
 dum per te sanctificari omnia sentiuntur;  
 dita Ecclesiam tuam munere sanctitatis,  
 et orna nitore perspicuo pietatis;  
 ut perveniens ad promissa tua, fruatur gloria tua.  
*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 92; T35.7, 148; Em 30, 881; L4, 143)

(Cfr. Is 9,6a.7a; 25,9b)

Ecce natus est nobis filius,  
et factus est principatus super humeros eius;  
multiplicabitur eius imperium  
et regni eius non erit finis;  
super thronum David sedebit  
ut iudicet illud amodo et usque in sempiternum.

V/ Ecce Deus noster iste est,  
expectabimus eum et salvabit nos.

R/ Amodo et usque in sempiternum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Amodo et usque in sempiternum.

*Oratio* (OV 302; T35.7, 149; Em 30, 882; L4, 144)

Ecce natum te, Christe, filium confitemur,  
cuius principatus super humeros ponitur,  
dum illic principium salutis nostrae constituis,  
quo in tuis humeris  
patibulum pro nobis suspicere dignatus es crucis:  
magnificetur ergo in Ecclesia tua regnum tuum,  
nomen etiam dilatetur, multiplicetur imperium,  
et cum plenitudines gentium in pace possederis,  
paci tuae nullus sit finis.

R/ Amen.

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Canticum VT* (Br Goth 120-121)

(Gn 49, 1-27)

*Antiphona* (Br Goth 120)

(Cfr. Gn 49,9)

Catulus leonis Iuda de germine, fili, ita ascendisti; requies-  
cens accubuisti ut leo, et quasi catulus leonis, quem suscitare nullus  
audebit.

Vocavit autem Iacob filios suos \* et ait eis:

“Congregamini, ut annuntiem, quae ventura sunt vobis \* in  
diebus novissimis.

Congregamini et audite, filii Iacob, \* audite Israel patrem vestrum!

Ruben primogenitus meus, + tu fortitudo mea et principium roboris mei; \* prior in dignitate, maior in robore!

Ebulliens sicut aqua non excellas, + quia ascendisti cubile patris tui \* et maculasti stratum meum.

Simeon et Levi fratres, \* vasa violentiae arma eorum.

In consilium eorum ne veniat anima mea, \* et in coetu illorum non sit gloria mea;

quia in furore suo occiderunt virum \* et in voluntate sua subnervaverunt tauris.

Maledictus furor eorum, quia pertinax, \* et indignatio eorum, quia dura!

Dividam eos in Iacob \* et dispergam eos in Israel.

Iuda, te laudabunt fratres tui; + manus tua in cervicibus inimicorum tuorum; \* adorabunt te filii patris tui.

Catulus leonis Iuda: \* a praeda, fili mi, ascendisti; requiescens accubuit ut leo \* et quasi leaena; quis suscitabit eum?

Non auferetur sceptrum de Iuda \* et baculum ducis de pedibus eius,

donec veniat ille, cuius est, \* et cui erit oboedientia gentium;

ligans ad vineam pullum suum \* et ad vitem filium asinae suaे

lavabit in vino stolam suam \* et in sanguine uvae pallium suum;

nigriores sunt oculi eius vino \* et dentes eius lacte candidiores.

Zabulon in litore maris habitabit + et in statione navium, \* pertingens usque ad Sidonem.

Issachar asinus fortis, \* accubans inter caulas vidit requiem quod esset bonam, \* et terram quod optima; et supposuit humerum suum ad portandum \* factusque est tributis serviens.

Dan iudicabit populum suum \* sicut una tribuum Israel.

Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, + mordens calcarnea equi, ut cadat ascensor retro. \* Salutare tuum exspectabo, Domine!

Gad, latrones aggredientur eum, \* ipse autem aggredietur calcaneum eorum.

Aser, pinguis panis eius, \* et praebebit delicias regales.

Nephtali cerva emissa, \* dans cornua pulchra.  
 Arbor fructifera Ioseph, + arbor fructifera super fontem: \*  
 ramis transcendunt murum.  
 Sed exasperaverunt eum et iurgati sunt, \* et adversati sunt  
 illi habentes iacula.  
 Et confractus est arcus eorum. \* et dissoluti sunt nervi bra-  
 chiorum eorum  
 per manus Potentis Iacob, \* per nomen Pastoris, Lapidis Is-  
 rael.  
 Deus patris tui erit adiutor tuus, \* et Omnipotens bendicet  
 tibi  
 benedictionibus caeli desuper, + benedictionibus abyssi ia-  
 centis deorsum, \* bendictionibus uberum et vulvae.  
 Benedictiones patris tui confortatae sunt + super benedic-  
 tiones montium aeternorum, \* desiderium collum antiquo-  
 rum;  
 fiant in capite Ioseph \* et in vertice nazarei inter fratres  
 suos.  
 Beniamin lupus rapax; + mane comedet praedam \* et vespere  
 dividet spolia.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.  
*Ant.* Catulus leonis Iuda de germine, fili, ita ascendisti; requies-  
 cens accubuisti ut leo, et quasi catulus leonis, quem suscitare nu-  
 llus audebit.

*Oratio de cantico (Br Goth 121)*

Te, Christe Domine,  
 catulum leonis domui Iuda affuisse cognovimus,  
 quem totis praecordiis postulamus;  
 ut qui apparuisti in carne, de manu fortis capiens praedam,  
 ad iudicium veniens  
 misericordiam praeroges fidelibus repromissam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones**Antiphona* (AL 93; T35.7, 160; Em 30, 891; L4, 154)

(Ps 84,2a; cfr. 1Reg 1,48)

Benedixisti, Domine, terram tuam, alleluia. Benedictus Dominus qui dedit hodie requiem populo suo Israel, alleluia, alleluia, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio dominicali)*

*Ant.* Benedixisti, Domine, terram tuam, alleluia. Benedictus Dominus qui dedit hodie requiem populo suo Israel, alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio de benedictionibus*

*(Ut in ordinario in officio dominicali)*

*Sonus* (AL 93; T35.7, 161; L4, 155; Br Goth 122)

(Ps 2, 7-10.6a)

Dominus dixit ad me:

Filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia.

V/ Pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam,  
et possessionem tuam terminos terrae,  
et reges in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intellegite; erudimini qui iudicatis terram.

Ego autem constitutus sum Rex  
super Sion montem sanctum eius.

R/ Ego hodie genui te, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ego hodie genui te, alleluia.

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona de psalmis* (AL 93; T35.7, 162; L4, 156; Br Goth 122)

(Ps 148,1)

Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia. Laudate eum in excelsis, alleluia. Gloria tibi Deus.

*(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia. Laudate eum in excelsis, alleluia. Gloria tibi Deus.

*Lectio (Br Goth 122)*

(Is 8,23b – 9,1-6)

Lectio Isaiae prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Primo tempore contemptibilem reddidit terram Zabulon et terram Nephthali; et novissimo glorificavit viam maris, trans Iordanem, Galilaeam gentium.

Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis.

Multiplicasti exultationem et magnificasti laetitiam; laetantur coram te sicut laetantes in messe, sicut exultant, quando dividunt spolia.

Iugum enim oneris eius et virgam umeri eius et scepturn exactoris eius fregisti, sicut in die Madian.

Quia omnis caliga incidentis cum tumultu et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, cibus ignis.

Parvulus enim natus est nobis, filius datus est nobis; et factus est principatus super umerum eius; et vocabitur nomen eius admirabilis Consiliarius, Deus fortis, Pater aeternitatis, Princeps pacis.

Magnum erit eius imperium, et pacis non erit finis super solium David et super regnum eius, ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia amodo et usque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 1298-1299; AL 93; T35.7, 163; Em 30, 678, 902; L4, 157; MPs 198)

A solis ortus cardine  
et usque ad terrae limitem,  
Christum canamus Principem,  
natum Maria virgine.

Gaudete quidquid gentium  
Iudaea, Roma, et Grecia,  
Aegyptus, Thrax, Persa, Scytha;  
Rex unus possidet.

Laudate vestrum Principem  
omnes beati ac perdi;  
ubi imbecilli, ac mortui,  
iam nemo post haec mortuus.

Fit porta Christi pervia,  
referta plena gratia;  
transitque Rex, et permanet  
clausa, ut fuit per saecula.

Genus superni numinis  
processit aula Virginis,  
Sponsus, Redemptor, Conditor,  
suae gigas Ecclesiae.

Honor matris et gaudium,  
immensa spes credentium  
per atra mortis pocula  
resolvit nostra crima.

Lapis de monte veniens  
mundumque replens gratia,  
quem non praecissum manibus  
Vates vetusti nuntiant.

Deo Patri sit gloria,  
eiusque soli Filio,  
cum Spiritu Paraclito  
in sempiterna saecula. Amen.

Qui, Verbum, caro factum est  
praeconio angelico,  
de claustris virginalibus  
virginis virgo natus est.

Rorem dederunt aethera  
nubesque Iustum fuderunt;  
patens exceptit Dominum  
terra salutem generans.

Mirabilis conceptio  
Christum protulit sobolem,  
ut Virgo partum funderet,  
post partum virgo sisteret.

Exultet omnis anima  
nunc Redemptorem gentium,  
mundi venisse Dominum  
redimere quos condidit.

Creator cuncti generis,  
orbis, quem totus non capit,  
in tua, sancta Genetrix,  
sese reclusit viscera.

Quem Pater ante tempora  
Deus, Deumque genuit,  
matris alma virginitas  
cum tempore partum edidit.

Tollens cuncta facinora,  
et donans sancta munera,  
augmentum lucis afferens,  
tenebris damnum inferens.

*Versus* (AL 93; Em 30, 903)

(Ps 117,24)

*V/ Hic est dies quem fecit Dominus.*

*R/ Exultemus et laetemur in ea.*

*Supplicatio* (Br Goth 115, 123)

Oremus.

Dei Patris misericordiam supplices imploremus;  
ut nos, gratia Christi sui, Domini nostri Iesu Christi,  
propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie, eleison.

*R/ Christe, eleison; Kyrie, eleison.*

*Completuria* (OV 312; T35.7, 165; L4, 158; Br Goth 123)

Requies angelorum, omniumque sanctorum,  
Domine Iesu Christe,  
da hodie,  
in hoc recurrenti nativitatis tuae sacratissimo festo  
requiem populo tuo;  
ut in Te a delictis et oneribus pessimis requiescat,  
teque cum universa creatura benedicens,  
tuam in omnibus ac per omnia benedictionem accipiat;  
ut, quem a maledicto liberare venisti,  
numquam patiaris tuae benedictionis munere defraudari;  
sed te iugiter benedicendo,  
benedictus permaneat in aeternum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Benedictio* (OV 313; T35.7, 166; L4, 159)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Unigenitus filius Dei, qui se humanitati miserendo permiscuit,  
vos remunerando suaे divinitati conectat.

*R/ Amen.*

Et qui propter vos, ut virginea partitidine nasceretur,  
humanae naturae sustinuit leges,  
ideo vos et humanitatis vestrae periculis privet,  
et divinitatis suaे muniberibus ditet.

*R/ Amen.*

Atque ita vos in plenitudine miserationum assumat,  
sicut in veritate humilitatis  
propter vos semetipsum inclinat.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaे,  
qui es benedictus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 93; T35.7, 167; L4, 160)  
(Is 9,2)

Populus qui sedebat in tenebris lucem vidi magnam:  
habitibus in regione umbrae mortis,  
lux orta est eis, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 310)

Domine Iesu Christe,  
qui ex Virgine matre sine ulla corruptione prodiens,  
integritatis amator esse cognosceris,  
dum conceptio Matrem assignat,  
et partus Virginem profert:  
mentis nostrae, carnisque corruptionem misericorditer sana,  
utriusque tibi speciem exhibe castam,  
quo tibi anima subdita castum corpus possideat,  
atque sincera ad te remuneratura perveniat.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*  
*(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Vespertinum* (AL 95; Br Goth 128)

(Ps 8,6b; Ps 20,6b; Ps 6,7)

Gloria et honore coronasti eum, Domine.

V/ Gloriam et magnum decorem impones super eum.

R/ Coronasti eum, Domine.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Coronasti eum, Domine.

*Sonus* (AL 87; T35.7, 92; Em 30, 822; L4, 87; Br Got 113)

(Ps 109, 3-4.6-7)

In splendoribus sanctorum,  
 ex utero ante luciferum, genui te, alleluia.

V/ Iuravit Dominus et non paenitebit eum,  
 tu es sacerdos in aeternum

secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.

V/ Dominus a dextris suis; confringet in die irae suae reges,  
 iudicabit in nationibus implevit ruinas,  
 conquassabit capita multa in terra copiosa.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput, alleluia.

R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ante luciferum, genui te, alleluia.

*Antiphona* (AL 95)

(Cfr. Io 1,14b; Ps 88,7)

Vidimus gloriam Domini, gloriam quasi unigeniti a Patre,  
 plenum gratia et veritate.

V/ Quis in nubibus aequabitur Domino,  
 similis erit Deo in filiis Dei?

R/ Plenum gratia et veritate.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Plenum gratia et veritate.

*Alleluiaiticum* (AL 95; Em 30, 901)

(Ps 110,9a; Ps 112,2)

Redemptionem misit Dominus populo suo,  
alleluia, alleluia.

V/ Sit nomen Domini benedictum,  
ex hoc nunc et usque in saeculum.

R/ Alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 1298-1299; AL 93; T35.7, 163; Em 30, 678, 902; L4, 157; MPs 198)

A solis ortus cardine  
et usque ad terrae limitem,  
Christum canamus Principem,  
natum Maria virgine.

Gaudete quidquid gentium  
Iudaea, Roma, et Grecia,  
Aegyptus, Thrax, Persa, Scytha;  
Rex unus possidet.

Laudate vestrum Principem  
omnes beati ac perdit;  
ubi imbecilli, ac mortui,  
iam nemo post haec mortuus.

Fit porta Christi pervia,  
referta plena gratia;  
transitque Rex, et permanet  
clausa, ut fuit per saecula.

Genus superni numinis  
processit aula Virginis,  
Sponsus, Redemptor, Conditor,  
suae gigas Ecclesiae.

Honor matris et gaudium,  
immensa spes credentium  
per atra mortis pocula  
resolvit nostra crimina.

Lapis de monte veniens  
mundumque replens gratia,  
quem non praecissum manibus  
Vates vetusti nuntiant.

Deo Patri sit gloria,  
eiusque soli Filio,  
cum Spiritu Paraclito  
in sempiterna saecula. Amen.

Qui, Verbum, caro factum est  
praeconio angelico,  
de claustris virginalibus  
virginis virgo natus est.

Rorem dederunt aethera  
nubesque Iustum fuderunt;  
patens exceptit Dominum  
terra salutem generans.

Mirabilis conceptio  
Christum protulit sobolem,  
ut Virgo partum funderet,  
post partum virgo sisteret.

Exultet omnis anima  
nunc Redemptorem gentium,  
mundi venisse Dominum  
redimere quos condidit.

Creator cuncti generis,  
orbis, quem totus non capit,  
in tua, sancta Genetrix,  
sese reclusit viscera.

Quem Pater ante tempora  
Deus, Deumque genuit,  
matris alma virginitas  
cum tempore partum edidit.

Tollens cuncta facinora,  
et donans sancta munera,  
augmentum lucis afferens,  
tenebris damnum inferens.

*Versus* (AL 88; T35.7, 96; Em 30, 827; L4, 92)  
 (Ps 18,6)

V/ In sole posuit tabernaculum suum  
 R/ Et ipse tamquam Sponsus procedens de thalamo suo.

*Supplicatio* (Br Goth 115, 123)

Oremus.

Dei Patris misericordiam supplices imploremus;  
 ut nos, gratia Christi sui, Domini nostri Iesu Christi,  
 propitius iustificare dignetur.

R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.

Kyrie, eleison.

R/ Christe, eleison; Kyrie, eleison.

*Completuria* (OV 314; Em 30, 904)

Vidimus gloriam tuam, Domine,  
 gloriam quasi Unigeniti a Patre,  
 Unigenitum Deitate, Primogenitum munere;  
 illic unicum Patris,  
 hic praecipuum inter fratres;  
 ibi cum Patre unum,  
 hic in fratribus primum;  
 illic aequaliter subsistentem, et in sinu Patris manentem;  
 hic socios non derelinquentem;  
 ibi creantem,  
 hic sublevantem;  
 largire, igitur, tuo fieri participes regno,  
 quibus es propitiatus in mundo;  
 quibusque pius advenisti Redemptor,  
 existe in futuro remunerator.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Benedictio (OV 315)*

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Dominus Iesus Christus, qui sua vos nativitate redemit,  
ipse vos in fide confirmet, et in temptatione gubernet.

*R/ Amen.*

In virtute multiplicet, in infirmitate relevet,  
et in anxietate laetificet.

*R/ Amen.*

Infundat in vobis suae pietatis gratiam,  
temperet disciplinam, remittat offensam.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia,  
qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto,  
unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum (AL 88; T35.7, 99; L4, 94)*

(Is 7, 14b-15; cfr. Is 7,16)

Alleluia. Vocabitis nomen eius Emmanuel,  
butyrum et mel manducabit,  
et priusquam cognoscat puer vocare patrem aut matrem,  
accipiet virtutem Damasci, alleluia, alleluia.

*Oratio (Br Goth 116)*

Benedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae;  
ut et mentes copia doctrinae refulgeant,  
et campi donorum tuorum ubertate pinguescant.  
Quo et ita nobis substantia cum tua gratia largiatur,  
ut et caro frugibus,  
et anima divinis pasta collaetetur virtutibus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

**OFFICIUM IN DIEM CIRCUMCISIONIS DOMINI****Ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario in officio festivo)**Vespertinum* (AL 105; T35.7, 281; Em 30, 993)

(Ps 8, 6b.2)

Gloria et honore coronasti eum Domine.

V/ Domine, Dominus noster,

quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

R/ Coronasti eum Domine.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Coronasti eum Domine.

*Oratio* (Br Goth 140)

Domine, quem ex homine natum, homines conspexerunt,  
 et praedictum fines terrae viderunt,  
 qui ante aliqua tempora  
 praedictus es vocibus prophetarum,  
 et in tempore visus, et glorificatus modulis populorum;  
 concede propitius vasa nos tua tibi permanere mundissima,  
 ut lucis auctor nos et iugiter illustres, et indesinenter habites.  
 R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Sonus* (AL 105; T35.7, 282; Em 30, 994)

(Ps 44, 2.5)

Intende Domine, procede et regna,  
 alleluia, alleluia, alleluia.V/ Eructavit cor meum verbum bonum  
 dico ego opera mea regi.

R/ Alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Alleluia, alleluia, alleluia.

*Antiphona* (AL 105; T35.7, 284; Em 30, 995; Br Goth 142)  
(Cfr. Lc 2, 21; Ps 8, 2)

Dum convenientrent ad circumcidendum infantem  
vocaverunt nomen eius Iesum,  
quod dictum est ab angelo priusquam conciperetur in utero.  
V/ Domine Dominus noster,  
quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

R/ Vocaverunt nomen eius Iesum,  
quod dictum est ab angelo priusquam conciperetur in utero.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Vocaverunt nomen eius Iesum,  
quod dictum est ab angelo priusquam conciperetur in utero.

*Alleluiaiticum* (AL 105; T35.7, 285; Br Goth 141)  
(Cf. Lc 2, 27.28.34; Ps 71, 17)

Cum introducerent parentes puerum Iesum in templo  
ut facerent pro eo secundum legem Moysi  
accepit eum Symeon in manus  
et benedixit Deum alleluia.

V/ Sit nomen eius benedictum in saecula.

R/ Accepit eum Symeon in manus  
et benedixit Deum alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Accepit eum Symeon in manus  
et benedixit Deum alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 140-141; AL 108, 110; T35.7, 286; Em 30, 996)

<p>Sacer octavarum dies hodiernus rutilat, quo secundum carnem Christus circumcisus traditur; Patri non adoptione, sed coaeternus genere.</p> <p>Spiritu completur alvus incorrupta Virginis quae pariens mansit caelebs Virgo, quam pueroram illibatam Genitricem proles castam elegit:</p> <p>Inde Simeon grandaevus ovans ulnis accipit, amplexansque videbatur salutare Domini: resolve iam nunc in pace artus istos fragiles.</p>	<p>Sed nec illa impar Anna continentia gradiens, quam in flore iuventutis coniux viduaverat, vagientem confitetur fore mundi Principem.</p> <p>Tunc veneranda ex lege offeruntur munera turturum, columbarumque bina in sacrificia: quae corporis, animaeque puritatem docerent.</p> <p>Impleta est priscae in eo legis circumcisio: utriusque ut Testamenti se auctorem ostenderet, qui manens in Trinitate universa condidit.</p>
<p>Gloria, et honor Deo usquequaque altissimo: una Patri, Filioque, inlyto Paraclito, cui laus, et potestas per aeterna saecula. R. Amen.</p>	

*Versus* (AL 105)

(Is 37, 20; Cfr. 2 Reg 19, 19)

V/ Domine, Deus noster, salva nos de manu eius.

R/ Et cognoscant omnia regna terrae quia tu es Dominus  
solus.*Supplicatio* (Br Goth 141)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;

ut nos gratia Circumcisionis suae propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Kyrie eleison.*

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (OV 358; T35.7, 287; Em 30, 997; L4, 371; Br Goth 141)

Iesu Domine,

cuius admirabile nomen angelus praedixit,

mater imposuit, Simeon cognovit, Anna laudavit:

salva populum tuum in universo mundo,

cuius est magnificum nomen in caelo;

ut, qui solus es potentia gloriosus,

sis etiam praepeditis miserationis indulgentia pius.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,

qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,

vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Paternoster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 359; T35.7, 288; Em 30, 998; L4, 372; Br Goth 141)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus,

qui ad confirmandas promissiones patrum

minister circumcisionis voluit esse,

ipse cordium vestrorum inmundicias dignetur auferre.

*R/ Amen.*

Idem, qui precepto legis suae signum desectae carnis accepit,  
omnes a vobis sordes sui amores connexione depurget.

*R/ Amen.*

Et qui vos filios Abrahae in se ipso, qui est semen eius,  
benedicere repromisit,

hereditatis beatiae vos collatione munificet.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 106; T35.7, 289; L4, 374)  
 (Ps 95, 2)

Alleluia. Cantate Domino et benedicte nomen eius, alleluia;  
 bene nuntiate de die in diem salutare eius, alleluia, alleluia.

*Oratio* (L4, 374; MPs 85; Em 30, 1000)

Cantet tibi, Domine, novum canticum  
 numerositas redemptorum,  
 quia in redemptionis nostrae opere nova fecisti miracula;  
 novum lumen ortum ex virgine,  
 quod tamen deitati non erat novum,  
 sed nobis est insolito miraculo demonstratum;  
 novum regenerationis mysterium,  
 in quo totum innovas mundum;  
 nova genera virtutum in curatione aegrotorum,  
 novum humilitatis ac patientiae modum  
 in superbia persequentium;  
 novum stupendumque genus virtutis in gloria resurgentis,  
 nova humanis visibus tuae ostenditur maiestatis potestas,  
 cum verum hominem ad caelorum sublimitatem deportas;  
 concede tu,  
 pro quibus tam nova miracula gloriosus opifex indidisti,  
 hos et vestigiorum tuorum sequaces,  
 et gloriae facias coheredes;  
 atque in melodiam carminis novi,  
 inter sanctorum fragores,  
 etiam nostras voces admisceas perstrepentes.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

### Ad matutinum

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 105; T 35.7, 290; Em 30, 1002; L4, 375)  
 (Ps 75, 2)

Gloria tibi Filius Dei. Gloria tibi Filius Dei. Gloria tibi Filius  
 Dei.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Gloria tibi Filius Dei. Gloria tibi Filius Dei. Gloria tibi Filius  
 Dei.

*Collecta de psalmo III* (OV 360; Em 30, 1003; L4, 376)

Tibi semper gloria,  
 cuius gloriam in assumpto homine vidimus,  
 quasi gloriam unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate:  
 praesta ergo nobis, quae sumus, abundantia pietatis  
 te pro nobis humilem fide agnoscere veritatis,  
 et coaeternum Patri credere permanentem in gloria deitatis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### Missa I

*Antiphona* (AL, 106; T35.7, 291; Em 30, 1004; L4, 377; Br Goth 143)  
 (Cf. Lc 2, 21.40; Ps 47, 11)

Postquam consummati sunt dies octo  
 ut circumcidetur Dominus  
 vocatum est nomen eius Iesum  
 quod vocatus est ab angelo  
 priusquam in utero conciperetur;  
 tulerunt autem illum in Ierusalem  
 et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini,  
 crescebat puer et confortabatur plenus sapientia  
 et gratia Dei erat in illo.

*V/ Secundum nomen tuum, Deus,*  
*sic et laus tua in fines terrae.*

*R/ Crescebat puer et confortabatur plenus sapientia*

et gratia Dei erat in illo.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Crescebat puer et confortabatur plenus sapientia  
et gratia Dei erat in illo.

*Oratio* (OV 361; T35.7, 292; Em 30, 1005, L4, 378; Br Goth 143-144)

Christe Dei filius, qui factus ex muliere, factus sub lege,  
ad confirmandas promissiones patrum  
minister circumcisionis es factus,  
ut, qui promissus fueras ex lege,  
plenitudo ipsius legis esses in tempore,  
dum octavi diei mysterium consecras in gloriosa carne tua  
et circumcisionis vere signaculum excipis  
et nomen tibi nuntiatum ab angelo accipis;  
largire nobis indignis,  
ut, qui haec mysteria tuae incarnationis  
plena credulitate suscipimus,  
pleniori te affectu mentium diligamus;  
ut te, in quo secundum legem Domini  
salutis nostrae mysteria universa perfecta sunt,  
sic credamus, sic amemus, sic operum efficientia placeamus;  
ut de perfectione tuorum mandatorum  
et in hac peregrinatione consistamus indemnes,  
et ad te post transitum mereamur pervenire felices.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL, 106; T 35.7, 293; Em 30, 1006; L4, 379; Br Goth 143)

(Cf. Lc 2, 28-31; Ps 75, 2)

Symeon in templo elevavit vocem dicens:  
nunc dimittis Domine servum tuum in pace,  
quia viderunt oculi mei salutare populi tui.

V/ Notus in Iudaea Deus in Israel magnum nomen eius.

R/ Quia viderunt oculi mei salutare populi tui.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quia viderunt oculi mei salutare populi tui.

*Oratio* (OV, 362; T35.7, 294; Em 30, 1007; L4, 380; Br Goth 143)

Beatam, Domine, illam iusti tui Simeonis vocem  
 fac in nobis, quae sumus, pari diligentia personare;  
 ut, quia vidimus et credimus salutare tuum,  
 in pace, cum iusseris, dimmittamur;  
 non quo a te dimissos finis vitae accipiat,  
 sed per te absolutos a debito,  
 in fine pax sempiterna possideat.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 106; T35.7, 295; Em 30, 1008; L4, 381)

(Cf. Lc 2, 34.35)

Alleluia positus est hic in ruinam  
 et in resurrectione multorum in Israel,  
 ut revelentur ex multis cordibus cogitationes,  
 alleluia, alleluia.

*V/ Redemptionem misit populo suo*  
 mandavit in aeternum testamentum suum,  
 sanctum et terribile nomen eius.

*R/ Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes,*  
 alleluia, alleluia.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes,*  
 alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV, 363; T35.7, 296; Em 30, 1009; L4, 382)

Christe Dei Filius,  
 qui aliis in ruinam, aliis in resurrectionem es positus,  
 dum infidelibus efficeris lapis offensionis et petra scandali,  
 fidelibus autem ostensio lucis et gloria resurrectionis,  
 annue precibus nostris;  
 ut, qui de ruina conquerimur criminum,  
 fidei gratia expiemur:  
 ut per te resurgamus a vitiis,  
 qui in resurrectionem es positus credituris.

*R/ Amen.*

Praestante ipsis misericordia Dei nostri,

qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 106; T35.7, 298; Em 30, 1010; L4, 383)  
(Cf. Lc 2, 29.30.32; Ps 118, 65)

Nunc Domine dabis populo tuo pacem  
quia viderunt oculi mei salutare tuum,  
lumen ad revelationem gentium.

*V/ Iucunditatem fecisti cum servo tuo Domine*  
*secundum verbum tuum in pace.*

*R/ Quia viderunt oculi mei salutare tuum,*  
*lumen ad revelationem gentium.*

*V/Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Quia viderunt oculi mei salutare tuum,*  
*lumen ad revelationem gentium.*

*Oratio* (OV, 364; T35.7, 298; Em 30, 1011; L4, 384; Br Goth 141)

Omnipotens Deus Pater et Domine,  
largire credenti tuo populo pacem;  
ut, qui salutare tuum vidimus,  
visionis tuae gratia muneremur;  
ut, qui lumen ad revelationem exsttit gentium,  
indultor criminum sibimet credentium sentiatur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/Amen.*

### *Missa II*

*Antiphona* (AL, 106; T35.7, 299; Em 30, 1012; L4, 385; cfr. Br Goth 140)

(Cf. Lc 2, 30.31; Ps 91, 2)

Viderunt oculi mei salutare tuum, Domine,  
quod praeparasti ad revelationem gentium.

*V/ Bonum est confiteri Domino*  
*et psallere nomini tuo Altissime.*

*R/ Praeparasti ad revelationem gentium.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*

in saecula saeculorum. Amen.

R/ Praeparasti ad revelationem gentium.

*Oratio* (OV, 365; T35.7, 300; Em 30, 1013; L4, 386)

Fac nos, Domine,  
ut salutare tuum, quem oculo fidei vidimus,  
placabilem in iudicio sentiamus;  
ut, qui ad revelationem praeparatus est gentium,  
non ad punitionem,  
sed ad salvationem se iudicem ingerat redemptorum.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus  
et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL, 106; T35.7, 301; Em 30, 1014; L4, 387)

(Cf. Io 1, 45.46; Ps 71, 17)

Quem scripsit Moyses invenimus Messiam  
qui dicitur Christus, venite et videte.

V/ Ante solem permanet nomen eius  
et benedicentur in ipso omnes tribus terrae.

R/ Qui dicitur Christus, venite et videte.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Qui dicitur Christus, venite et videte.

*Oratio* (OV, 366; T35.7, 302; Em 30, 1015; L4, 388; Br Goth 142)

Ad praesepe tuum, Domine, devotis cordibus accedentes,  
invenimus te de quo scripsit Moyses,  
et quem praedixerunt prophetarum omnium voces:  
da ergo nobis;  
ut, qui notitiam nominis et maiestatis tuae cognovimus,  
ad plenam notionem tuae dulcedinis veniamus;  
ut tu liberator in futuro nobis sis omnibus,  
qui verus Deus et homo unus crederis Christus.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto,  
unus Deus, vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Alleluiaiticum* (AL, 106-107; T35.7, 303; Em 30, 1016; L4, 389)  
 (Cf. Ps 97, 2; Ps134, 13)

Notum fecit Dominus salutare suum  
 ante conspectu gentium revelabit iustitiam suam,  
 alleluia, alleluia.  
*V/ Domine, nomen tuum in aeternum;*  
*Domine, memoriale tuum in generationem et generationem.*  
*R/ Ante conspectu gentium revelabit iustitiam suam,*  
*alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Ante conspectu gentium revelabit iustitiam suam,*  
*alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV, 367; T35.7, 304; Em 30, 1017; L4, 390)

Deus, qui notum fecisti in populis  
 salutare tuum ante conspectu gentium,  
 tuam revelando iustitiam:  
 miserationum tuarum nobis copiam manifesta;  
 ut, qui salutaris tui notitia revelamur,  
 revelatione iustitiae consolemur.  
*R/ Amen.*  
 Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 107; T35.7, 305; Em 30, 1018; L4, 391)

(Cf. Ap 19, 12.13.14; Is 63, 1)

Hic, qui advenit nemo novit nomen eius nisi ipse solus,  
 vocatur Verbum Dei et habet vestem praecclaram  
 et omnis chorus sanctorum cum hymnis sequuntur eum.  
*V/ Iste formosus in stola sua,*  
*gradiens in multitudine fortitudinis sua.*  
*R/ Vocatur Verbum Dei et habet vestem praecclaram*  
*et omnis chorus sanctorum cum hymnis sequuntur eum.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Vocatur Verbum Dei et habet vestem praecclaram*  
*et omnis chorus sanctorum cum hymnis sequuntur eum.*

*Oratio* (OV, 368; T35.7, 306; Em 30, 1019; L4, 392)

Domine Iesu Christe, qui solus nominis tui scientiam habes,  
et magnificae virtutis potentiam obtines,  
quem nemo novit nisi Pater,  
cuiusque revelatione cognoscitur Pater;  
revela nobis tanti misterii maiestatem,  
et ita te unum cum Patre et sancto Spiritu credentes,  
inseparabilem cognoscamus,  
ut fidei merito semper propitium,  
mitemque in confessione praeveniamus.

R/ Amen.

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

### *Missa III*

*Antiphona* (AL, 107; T35.7, 307; Em 30, 1020; L4, 393)

(Cf. Is 52, 6.7; Ps 101, 16)

Cognosce, popule meus nomen meum in isto die,  
quoniam ipse quid loquebar veni.

Quam pulchri sunt pedes qui annuntiant pacem,  
et praedicant salutem.

V/ Timebunt gentes nomen Domini  
et omnes reges terrae gloriam tuam.

R/ Quam pulchri sunt pedes qui annuntiant pacem,  
et praedicant salutem.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quam pulchri sunt pedes qui annuntiant pacem,  
et praedicant salutem.

*Oratio* (OV, 369; T35.7, 308; Em 30, 1021; L4, 394)

Cognovimus, Salvator noster et Domine,  
nomen tuum in isto die,  
teque ipsum, qui dudum es in prophetis locutus, adesse:  
praebe ergo nobis beneficio pietatis;  
ut calciati pedes nostri in praeparatione evangelii pacis  
fructum conquerant aeternae possessionis;  
ut, et nunc pulchri efficiantur praedicando pacem,  
et post gloriosiores perveniendo ad requiem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 107; T35.7, 309; Em 30, 1022; L4, 395; Br Goth 140)  
(Ps 97, 3.4; Ps 65, 1.2)

Viderunt omnes fines terre salutare Dei nostri  
iubilate Deo universa terra, cantate et exultate et psallite.

*V/ Iubilate Deo omnis terra; psalmum dicite nomini eius.*

*R/ Cantate et exultate et psallite.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/Cantate et exultate et psallite.*

*Oratio* (OV, 370; T35.7, 310; Em 30, 1023; L4, 396; Br Goth 140)

Domine, quem in homine natum homines conspexerunt,  
et praedictum fines terrae viderunt,  
qui ante aliquot tempora praedictus es vocibus profetarum,  
et in tempore visus, glorificatus es modulis populorum:  
concede propitius, vasa nos tua tibi permanere purissima;  
ut lucis auctor nos et iugiter illustres,  
et indesinenter inhabites.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 107; T35.7, 311; Em 30, 1024; L4, 397; Br Goth 140)

(Cf. Ps 65, 1.2; Ps 112, 3; Ps 104, 3)

Iubilate Domino omnis terra psalmum dicite nomini eius  
ab oriente et occasu laudabile est nomen Domini,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Laudamini in nomine sancto eius,  
laetetur cor querentium Dominum.*

*R/ Laudabile est nomen Domini, alleluia, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Laudabile est nomen Domini, alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV, 371; T35.7, 312; Em 30, 1025; L4, 398)

Iubilet te, Domine, omnis terra, psalmum cantet nomini tuo,  
 cuius nomen ab oriente et occasu admirabile est  
 et praeclarum,  
 dum Redemptor agnosceris populorum:  
 concede ergo Ecclesiae tuae precibus;  
 ut, quos in fide vocas, in tentatione non deserendas;  
 et qui tibi iubilum personant laudis in saeculo,  
 praemium mereantur aeternae beatitudinis in futuro.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Responsorium* (AL, 107; T35.7, 313; Em 30, 1026; L4, 399)

(Cf. 4 Esd 7, 27.28; Mt 17, 5)

Videbitis hodie mirabilia mea dicit Dominus,  
 revelabitur enim vobis Filius meus Iesus,  
 et gaudebit super eum omnis anima.

V/ Hic est Filius dilectus in quo mihi bene complacui,  
 ipsum audite.

R/ Et gaudebit super eum omnis anima.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et gaudebit super eum omnis anima.

*Oratio* (OV, 372; T35.7, 314; Em 30, 1027; L4, 400)

Mirabilia sunt testimonia tua, Domine Deus,  
 quibus Unigenitus Filius tuus revelatur in gentibus:  
 praesta ergo nobis;  
 ut, qui revelata faciae gloriam eius speculamur,  
 a dextris eius in iudicio collocemur.

R/ Amen.

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Missa IV*

*Antiphona* (AL, 107; T35.7, 315; Em 30, 1028; L4, 401)  
 (Cf. Lc 2, 21; cf. Ps 98, 3)

Cum circumcidetur puer vocaverunt nomen eius Iesus,  
 quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur.  
 V/ Confiteantur omnes nomini tuo magno,  
 quoniam terribile et sanctum est.  
 R/ Vocaverunt nomen eius Iesus,  
 quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Vocaverunt nomen eius Iesus,  
 quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur.

*Oratio* (OV, 373; T35.7, 316; Em 30, 1029; L4, 402; Br Goth 142-143)

Domine Iesu Christe,  
 qui figuris crebrescentibus in lege veteri nuntiatus,  
 in te impleta omnia ostendisti,  
 dum in te vero Deo et homine  
 et circumcisio secundum legem exprimitur,  
 et veritas nominis approbatur:  
 adesto plebi tuae ad te ex circumcisione et preputio venienti,  
 et praesta;  
 ut incremento muneris,  
 et gratia benedictionis multiplicetur in abundantia pacis.  
 R/ Amen.  
 Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
 R/ Amen.

*Antiphona* (AL, 107; T35.7, 317; Em 30, 1030; L4, 403)  
 (Cf. Lc 2, 22.23; Ps 95, 2)

Tulerunt Iesum in Ierusalem ut sisterent eum Dominus,  
 sicut scriptum est in lege Domini  
 quia omne masculinum adaperiens vulva  
 sanctum Domino vocabitur.  
 V/ Cantate Domino, et benedicte nomini eius;  
 annuntiate de die in diem salutare eius.  
 R/ Quia omne masculinum adaperiens vulva

sanctum Domino vocabitur.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Quia omne masculinum adaperiens vulva  
sanctum Domino vocabitur.*

*Oratio* (OV, 374; T35.7, 318; Em 30, 1031; L4, 404)

Domine Deus, qui omne masculinum,  
adaperiens vulvam, sanctum esse testaris:  
fac nos tibi in sanctitate et iustitia deservire;  
ut, qui vulvam materni uteri incorruptione sanctificas,  
aeternae sanctificationis praemio credentes attollas;  
et qui gloriosum nomen tuum in gentibus nuntiant,  
remuneratorem te suum in futuro cognoscant.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 107-108; T35.7, 319; Em 30, 1032; L4, 405)

(Lc 2, 24; cf. Ps 112, 1)

Alleluia dederunt hostiam pro Iesum  
secundum quod scriptum est in lege Domini,  
par turorum aut duos pullos columbarum alleluia.

*V/ Laudate nomen Domini laudate pueri Dominum.*

*R/ Secundum quod scriptum est in lege Domini*

par turorum aut duos pullos columbarum alleluia.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Secundum quod scriptum est in lege Domini  
par turorum aut duos pullos columbarum alleluia.*

*Oratio* (OV, 375; T35.7, 320; Em 30, 1033; L4, 406)

Deus, qui in expiacione parientium par turorum  
vel duos pullos tibi offerri praecipis columbarum:  
in vivam nos tibi praepara hostiam,  
qui pro nobis ipse factus es hostia;  
ut, qui legem adimplere venisti, non solvere,  
in nobis evangelii gratiam digneris opulentius propagare.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 108; T35.7, 321; Em 30, 1034; L4, 407)  
(Cf. Is 52, 6.7; cf. Sir 36, 17)

Cognosce, plebs mea nomen meum in isto die  
quoniam ego ipse qui loquor adero vobis dicit Dominus,  
quasi tempus inter montes,  
annuntians auditum pacis nuntians bona  
ut notum vobis faciam salvatorem vestrum.

*V/ De quo locuti sunt prophetae priores*  
ego ipse et nunc adveni.

*R/ Quasi tempus inter montes,*  
annuntians auditum pacis nuntians bona  
ut notum vobis faciam salvatorem vestrum.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Quasi tempus inter montes,*  
annuntians auditum pacis nuntians bona  
ut notum vobis faciam salvatorem vestrum.

*Oratio* (OV, 376; T35.7, 322; Em 30 1035)

Tribue, Domine, nobis scire et intellegere,  
quoniam tu vere es, qui solus semper es,  
et praeter te nullus alias est:  
tu ergo, Domine, annuntians bona, fac nos in te bonos,  
quos sine te approbas utique malos:  
ut, qui ad non esse ex proprio tendimus,  
ad semper esse tuo munere perducamur.

*R/ Amen.*

Te praestante, summe Deus, qui in Trinitate gloriaris,  
unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum V T* (Br Goth 144-145)

(Is 26, 9-20)

*Antiphona* (Br Goth 144)

(Is 26,19)

Laetabuntur omnes qui sunt super terram; ros enim qui abs  
te est, sanitas est nobis.

Anima mea desiderat te in nocte, \* sed et spiritu meo in praecordiis meis te quaero.

Cum resplenderint iudicia tua in terra, \* iustitiam discent habitatores orbis.

Fit misericordia impio, \* non discet iustitiam;  
in terra probitatis inique gerit \* et non videt maiestatem Domini.

Domine, exaltata est manus tua, et non vident; + videant confusi zelum tuum in populum, \* et ignis hostium tuorum devorabit eos.

Domine, dabis pacem nobis; \* omnia enim opera nostra operatus es nobis.

Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te; \* tantum in te recordemur nominis tui.

Mortui non reviviscent, \* defuncti non resurgent;  
propterea visitasti et contrivisti eos \* et perdidisti omnem memoriam eorum.

Auxisti gentem, Domine, + auxisti gentem, glorificatus es; \* elongasti omnes terminos terrae.

Domine, in angustia quaesierunt te, \* fuderunt incantationem, castigatio tua in eis.

Sicut quae concipit, cum appropinquaverit ad partum + dolens clamat in doloribus suis, \* sic facti sumus a facie tua, Domine.

Concepimus et parturivimus, \* quasi peperimus ventum.  
Salutes non fecimus in terra, \* ideo non nati sunt habitatores terrae.

Reviviscent mortui tui, \* imperfecti mei resurgent.

Experciscimini et laudate, qui habitatis in pulvere, + quia ros lucis ros tuus, \* et terra defunctos suos edat in lucem.

Vade, populus meus, intra in cubicula tua, \* claude ostia super te,  
abscondere modicum ad momentum, \* donec pertranseat indignatio.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Laetabuntur omnes qui sunt super terram; ros enim qui abs te est, sanitas est nobis.

*Oratio de cantico (Br Goth 144- 145)*

Deus, qui notum fecisti in populis salutare tuum  
ante conspectum gentium:  
revelando iustitiam tuam,

miserationum tuarum nobis copiam manifesta;  
ut, qui salutaris tui notitia relevamur,  
revelationis iustitiae consolemur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones*

*Antiphona* (AL, 108; T35.7, 325; Em 30, 1037)

(Dn 3, 52)

Benedictum nomen gloriae tuae Deus quod est sanctum et laudabile et gloriosum in saecula.

*(Ut in ordinario, in officio festivo)*

*Ant.* Benedictum nomen gloriae tuae Deus quod est sanctum et laudabile et gloriosum in saecula.

*Oratio de benedictionibus*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Sonus* (AL, 108; T35.7, 326; Em 30, 1038)

(Cf. Ps 75, 5.2.3.11)

Illuminans tu mirabilis, alleluia,  
a montibus aeternis, alleluia.

*V/ Notus in Iudea, Deus in Israel, magnum nomen eius  
factus est, in pace locus eius  
et habitatio eius in Sion, alleluia.*

*R/ Mirabilis, alleluia, a montibus eternis, alleluia.*

*V/ Cogitatio hominis confitebitur tibi, Deus,  
et reliquae cogitationes diem festum agent tibi.*

*R/ Mirabilis, alleluia, a montibus eternis, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Mirabilis, alleluia, a montibus eternis, alleluia.*

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 145)

(Ps 148, 1-2)

Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia. Laudate eum in excelsis, alleluia. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius, alleluia.

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia. Laudate eum in excelsis, alleluia. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 145)

(Is 48, 12-20)

Lectio libri Isaiae prophetae.

R/ Deo gratias.

Haec dicit Dominus: Audi me, Iacob, et Israel, quem ego vocavi; ego, ego primus et ego novissimus.

Manus mea fundavit terram, et dextera mea expandit caelos; ego voco eos, et stant simul. Congregamini, omnes vos, et audite: Quis de eis annuntiavit haec? Dominus dilexit eum; faciet voluntatem suam in Babylone et brachium suum in Chaldaeis.

Ego, ego locutus sum et vocavi eum; adduxi eum, et prospera fuit via eius.

Accedite ad me et audite hoc: Non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore, antequam fieret, ibi eram; et nunc Dominus Deus misit me cum spiritu suo.

Haec dicit Dominus, redemptor tuus, Sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, qua ambulas. Utinam attendisses mandata mea! Facta fuisset sicut flumen pax tua, et iustitia tua sicut gurgites maris; et fuisset quasi arena semen tuum, et stirps uteri tui ut lapilli eius; non interisset et non fuisset attritum nomen eius a facie mea. Egredimini de Babylone, fugite a Chaldaeis, in voce exultationis annuntiate; auditum facite hoc, efferte illud usque ad extrema terrae, dicite: "Redemit Dominus servum suum Iacob".

R/ Amen.

*Hymnus* (Br Goth 140-141; AL 108, 110; T35-7, 286; Em 30,996)

<p>Sacer octavarum dies hodiernus rutilat, quo secundum carnem Christus circumcisus traditur: Patri, non adoptione, sed coaeternus genere.</p> <p>Spiritu completur alvus incorrupta Virginis, quae pariens mansit caelebs Virgo, quam pueroram illibatam Genitricem proles castam elegit:</p> <p>Inde Simeon grandaevis ovans ulnis accipit, amplexansque videbatur salutare Domini: resolve iam nunc in pace artus istos fragiles.</p>	<p>Sed nec illa impar Anna continentia gradiens, quam in flore iuventutis coniux viduaverat, vagientem confitetur fore mundi Principem.</p> <p>Tunc veneranda ex lege offeruntur munera turturum, columbarumque bina in sacrificia: quae corporis, animaeque puritatem docerent.</p> <p>Impleta est priscae in eo legis circumcisio: utriusque ut Testamenti se auctorem ostenderet, qui manens in Trinitate universa condidit.</p>
	<p>Gloria, et honor Deo usquequaque altissimo: una Patri, Filioque, inlyto Paraclito, cui laus, et potestas per aeterna saecula. Amen.</p>

*Versus* (AL, 108)

(Ps 47, 11)

V/ Secundum nomen tuum Deus sic et laus tua in fines terrae.

R/ Iustitia plena est dextera tua.

*Supplicatio* (Br Goth 141)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia Circumcisionis suaे propitius iustificare dig-  
netur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison. Kyrie eleison.

*Completeria* (OV, 377; T35.7, 327; Em 30, 1040; L4, 408; Br Goth 145)

Notum factum est salutare Domini virtutum,  
 praedictum prophetarum paeconio,  
 visumque populorum aspectu,  
 dum Simeon ulnis gestavit senex,  
 quod vates cecinerunt priores,  
 pro quo et promissa,  
 et in quo adimpta cognoscitur prophetia;  
 ut requiesceret in pace, dum aspiceret pacem;  
 et Iesus Dominus, lumen in revelationem gentium,  
 et gloriam plebis suae Israel,  
 et promissus prodiret, et prodiens appareret;  
 luxque eius praeveniret in saeculo,  
 quos caecitas oppreserat tenebrarum in mundo:  
 praesta proinde, Domine, precibus ecclesiae tuae;  
 ut quos mirabilia haec fecisti cognoscere,  
 ad te facias pervenire in pace.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV, 378; T35.7, 328; Em 30, 1041; L4, 409)

*Diac.*: Humiliate vos benedictioni.

*Presb.*: Dominus sit semper vobiscum.

R/ Et cum spiritu tuo.

Dominus Iesus Christus, qui se pro nobis circumcidi permisit,  
 ipse in vobis, mundo voluptates divini verbi gladio desecet.

R/ Amen.

Et qui ritum veteris legis, ut legem adimpleret,  
 suscipere voluit,  
 ipse vos novi testamenti gratia renovet.

R/ Amen.

Ut, vetusta quaeque reicentes ex corde,  
nova, quae Domino placent opera,  
et mente perficiatis et corpore.

R/ Amen.

Auxiliante sua misericordia, qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto, unus Deus,  
in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Psallendum* (AL, 108; T35.7, 329; Em 30, 1042; L4, 410)

(Ps 71, 17)

Ante solem permanet nomen eius,  
et benedicentur in eo omnes tribus terrae;  
omnes gentes beatum dicunt eum,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (L4, 411)

Deus, cuius nomen permanet ante solem,  
qui temporalem ortum nescis occassumque non sustines,  
qui increatus omnia creans,  
et ex incorrupta creatura genitus, cuncta vivificas:  
salva filios pauperum, qui es Dominus angelorum.

Ut qui naturam suscepisti mortalium,  
aeternitatem nobis tribue beatorum.

Ut nomen tuum, quod est benedictum in saecula,  
et nunc et in saeculum a nobis perpetim collaudemus  
R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL, 109; T35.7, 348; Em 30, 993)

(Ps 8, 6b.2)

Gloria et honore coronasti eum Domine.

V/ Domine, Dominus noster,

quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

R/ Coronasti eum Domine.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Coronasti eum Domine.

*Oratio* (Br Goth 140)

Domine, quem ex homine natum, homines conspexerunt,  
et praedictum fines terrae viderunt,  
qui ante aliqua tempora  
praedictus es vocibus prophetarum,  
et in tempore visus, et glorificatus modulis populorum;  
concede propitius vasa nos tua tibi permanere mundissima,  
ut lucis auctor nos et iugiter illustres, et indesinenter habites.  
R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*Sonus* (AL, 109-110; T35.7, 349; Em 30, 1048)

(Cf. Ps 60, 3.4.5.9)

Alleluia. Psallam nomini tuo, Deus, in saecula  
ut reddam vota mea de die in diem, alleluia.

V/ Alleluia. Deduxisti Domine,  
quia factus es fiducia mea  
turris fortitudinis a facie inimici  
habitabo in sanctuario tuo.

R/ Deus, in saecula ut reddam vota mea  
de die in diem, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Deus, in saecula ut reddam vota mea  
de die in diem, alleluia.

*Antiphona* (AL, 110; T35.7, 350; Em 30, 1049)  
(Cf. Gen 49, 21.22; Ps 44, 3)

Filius accrescens et decorus aspectu iste est  
et dans eloquia pulchritudinis.

V/ Speciosus forma piae filiis hominum,  
diffusa est gratia in labiis tuis.

R/ Dans eloquia pulchritudinis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Dans eloquia pulchritudinis.

*Alleluiaiticum* (AL, 110; T35.7, 351; Em 30, 1050)  
(Cf. Ps 21, 23; Ps 117, 28)

Narrabo nomen tuum fratribus meis alleluia.

In medio ecclesiae laudabo te, Domine, alleluia, alleluia.

V/ Deus meus es tu et confitebor tibi.

R/ In medio ecclesiae laudabo te, Domine, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ In medio ecclesiae laudabo te, Domine, alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 140-141; AL, 110,108; T35.7, 286; Em 30, 996)

Sacer octavarum dies  
hodiernus rutilat,  
quo secundum carnem Christus  
circumcisus traditur:  
Patri, non adoptione,  
sed coaeternus genere.

Spiritu completur alvus  
incorrupta Virginis,  
quae pariens mansit caelebs  
Virgo, quam puerperam  
illibatam Genitricem  
proles castam elegit:

Inde Simeon grandaevus  
ovans ulnis accipit,  
amplexansque videbatur  
salutare Domini:  
resolve iam nunc in pace  
artus istos fragiles.

Sed nec illa impar Anna  
continentia gradiens,  
quam in flore iuventutis  
coniux viduaverat,  
vagientem confitetur  
fore mundi Principem.

Tunc veneranda ex lege  
offeruntur munera  
turturum, columbarumque  
bina in sacrificia:  
quae corporis, animaeque  
puritatem docerent.

Impleta est priscae in eo  
legis Circumcisio:  
utriusque ut Testamenti  
se auctorem ostenderet,  
qui manens in Trinitate  
universa condidit.

Gloria, et honor Deo  
usquequaque altissimo:  
una Patri, Filioque,  
inlyto Paraclito,  
cui laus, et potestas  
per aeterna saecula. Amen.

*Versus* (AL, 105)

(Is 37, 20; Cf. 2 Reg 19, 19)

V/ Domine Deus noster salva nos de manu eius.

R/ Et cognoscant omnia regna terrae quia tu es Dominus  
solus.*Supplicatio* (Br Goth 141)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia Circumcisionis suaे propitius iustificare dig-  
netur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*  
*Kyrie eleison.*  
*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria (OV, 379; T35.7, 352)*

Christe, Filius Dei Patris,  
qui minister factus circumcisionis  
et paternarum promissionum es omnimoda plenitudo,  
et adumbratae legis revelata perfectio:  
da nobis, horum misteriorum gaudiis, propensius gratulari;  
ut, qui factus sub lege, precepta legalia non solvere,  
sed adimplere venisti,  
de peracto nativitatis tuae festo nos iubeas iucundari.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio (OV, 380; T35.7, 353)*

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dei filius, qui olim ad complementum legis  
signum accepit circumcisionis,  
purificet vos ab omnibus iniquitatibus vestris.

*R/ Amen.*

Abscidat quoque vestri cordis preputia,  
qui non est dedignatus suscipere  
circumcisionem corpoream.

*R/ Amen.*

Ut, abscissis omnium vitiorum illaecebris,  
de peracto gaudio tantae festivitatis,  
et hic et in aeternum, perenniter exultetis.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Psallendum* (AL, 110; T35.7, 354)

(Ps 71, 8)

Dominabitur a mari et usque ad mare, alleluia;  
et a fluminibus usque ad terminos orbis terrae,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 141)

Omnipotens Pater, et Domine Deus,  
largire credenti tuo populo pacem,  
ut in templo tuo videamus Salutare tuum,  
quem Simeon iustus ulnis suis accepit,  
ut qui lumen ad revelationem Gentium extitit,  
indultor criminum eorummet credentium sentiatur.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

**Die 2 ianuarii**  
**OFFICIUM DE INITIO ANNI**

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 50, 36, 56, 110, 395, 444, 476, 477; Em 30, 156, 258, 311, 444, 489, 764, 1327, 1413, 1446; T35.4, 820, 821, 822, 834; T35.7, 186; S6, 420)

(Ps 3, 4b)

Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

(Ut in ordinário in officio feriali)

*Ant.* Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*Oratio de psalmo III*

(Ut in ordinario in officio feriali)

*Missa*

*Antiphona* (AL 110; Em 30, 1054; T35.7, 356)

(Ps 64, 12.5c)

Benedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae,  
ut campi tui repleantur ubertate.

V/ Replebimus in bonis domus tuae.

R/ Ut campi tui repleantur ubertate.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ut campi tui repleantur ubertate.

*Oratio* (OV 381; Em 30, 1055; T35.7, 357; Br Goth 116)

Benedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae,  
ut et mentes copia doctrina refulgeant,  
et campi donorum tuorum ubertate pinguescant;  
quo ita nobis substantia cum tua gratia largiatur,  
ut et caro frugibus,  
et anima divinis pasta collaetetur virtutibus.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL 110; Em 30, 1056; T 35.7, 358)

(Cfr. Is 61, 2; Ps 84, 8)

Consolare, Domine, contritos corde,  
et praeve annum placabilem et dies salvationis.  
V/ Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,  
et salutare tuum da nobis.

R/ Et dies salvationis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et dies salvationis.

*Oratio* (OV 382; Em 30, 1057; T35.7, 359)

Praeve nobis, Domine, annum placabilem,  
ut salvationis dies nos sine intermissione praeveniat,  
dum totius anni cursus optatae prosperitatis  
nobis exhibuerit incrementa.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
qui est benedictus, et vivit et omnia regit  
in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Alleluiaiticum* (AL 110; Em 30, 1058; T35.7, 360)

(Lam 5, 21; Ps 105, 47)

Renova, Domine, annos nostros, alleluia,  
sicut a principio, alleluia, alleluia.

V/ Ut confiteamur nomini tuo sancto,  
et gloriemur in laude tua.

R/ Sicut a principio, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Sicut a principio, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 383; Em 30, 1059; T 35.7, 361)

Deus aeterne, qui idem ipse es,  
cuiusque anni non deficient:  
renova annos nostros dono gratiae tuae;  
ut, sicut a principio promisisti patribus nostris,  
et terra optatos pariat fructus,  
et animae nostrae salutarium doctrinarum  
mereantur invenire proventum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 110; Em 30, 1060; T35.7, 362)

(Cfr. Is 61, 2; Ps 84, 8)

Miserere, Domine, contritos corde,  
et restitue captivos in terram suam;  
praebe annum placabilem et dies salvationis,  
et consolare omnes lugentes.

*V/ Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,*  
*et salutare tuum da nobis.*

*R/ Et consolare omnes lugentes.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et consolare omnes lugentes.*

*Psalmus L*

*Antiphona* (T35.7, 363)

(Ps 50, 11)

Averte faciem tuam a peccatis meis.

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Ant.* Averte faciem tuam a peccatis meis.

*Oratio* (T35.7, 364)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, Domine,  
et omnes iniquitates nostras dele.

Remove ab oculis tuis malarum facinus voluptatum,  
nostra deque confessionis clementer tuum appone auditum,  
et veniae remedium.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 881; AL 457; T35.7, 365)

(Is 33, 2-10)

*Antiphona* (Br Goth 881; AL 457; T35.7, 365)

(Is 33, 2)

Domine, miserere nostri, te enim expectavimus.

Domine, miserere nostri, \* te enim expectavimus;  
 esto brachium nostrum in mane \* et salus nostra in tempore  
 tribulationis.

A voce fragoris fugerunt populi, \* ab exaltatione tua disper-  
 sare sunt gentes.

Et congregabuntur spolia, sicut colligitur bruchus; \* sicut  
 discurrunt locustae, ad ea discurritur.

Sublimis est Dominus, quoniam habitat in excelso; \* implet  
 Sion iudicio et iustitia.

Et erit firmitas in temporibus tuis; + divitiae salutis sapien-  
 tia et scientia: \* timor Domini ipse est thesaurus eius.

Ecce praecones clamabunt foris, \* angeli pacis amare fle-  
 bunt.

Dissipatae sunt viae, \* cessavit transiens per semitam;  
 irritum fecit pactum, reiecit testes, \* non reputavit homi-  
 nes.

Luget et elanguescit terra, \* confussus est Libanus et obsor-  
 duit,  
 et factus est Saron sicut desertum, \* et exaruerunt Basan et  
 Carmelus.

“Nunc consurgam, dicit Dominus, \* nunc exaltabor, nunc  
 sublevabor.”

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Domine, miserere nostri, te enim expectavimus.

*Oratio de cantico*

*Psalmus matutinarius* (T35.7, 367; AL 111)

(Cfr. Ps 64, 9.2-3)

*E*xodus matutini et vespertini delectaberis, Deus.

*V/* Te decet, Domine, hymnus in Sion,  
 et tibi reddetur votum in Ierusalem,  
 exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

*R/* Delectaberis, Deus.

*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/* Delectaberis, Deus.

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 61, 64-65, 68, 73, 192, 205, 296, 413; T35.7, 369)  
(Ps 150, 1)

Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia, alleluia; laudate  
eum in firmament virtutis eius, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Ant.* Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia, alleluia; laudate  
eum in firmament virtutis eius, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 149)

(Prv 8, 22-33)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quid-  
quam faceret a principio; ab aeterno ordinata sum et ex antiquis,  
antequam terra fieret. Nondum errant abyssi, et ego iam concepta  
eram, neandum fontes graves aquis, priusquam montes demergeren-  
tur, ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et campos  
et initium glebae orbis terrae.

Quando praeparabat caelos, aderam, quando certa lege et gyro  
vallabat abyssos, quando nubes firmabat sursum, et praevaluerunt  
fontes abyssi, quando circumdabat mari terminum suum et aquis, ne  
transirent fines suos, quando iecit fundamenta terrae, cum eo eram  
ut artifex: delectatio eius per singulos dies ludens coram eo omni  
tempore, ludens in orbe terrarum, et deliciae meae esse cum filiis  
hominum.

Nunc ergo, filii, audite me: beati, qui custodiunt vias meas; audite  
disciplinam et estote sapientes, et nolite abicere eam.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 149)

Splendor paternae gloriae  
de luce, lucem proferens,  
lux lucis, et fons luminis  
dies diem illuminans.

Verusque sol illabere,  
micans nitore perpeti:  
iubarque Sancti Spiritus  
infunde nostris sensibus.

Votis vocemus et Patrem,  
Patrem perennis gloriae:  
Pater potentis gloriae:  
culpam relegat lubricam.

Informet actus strenuos,  
dentem retundat invidi,  
cassus secundet asperos,  
donet gerendi gratiam.

Mentem gubernet et regat,  
casto, fideli corpore:  
fides calore ferveat,  
fraudis venena nesciat.

Christusque nobis sit cibus,  
potusque noster sit fides:  
laeti bibamus sobriam  
ebrietatem spiritus.

Laetus dies hic transeat.  
pudor sit, ut diluculum;  
fides, velut meridies:  
crepusculum mens nesciat.

Aurora cursus provehit,  
aurora totus fulgeat:  
in Patre totus Filius,  
et totus in Verbo Pater.

Gloria Patri ingenito,  
gloria Unigenito,  
una cum Sancto Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (Em 30, 1063)

(Ps 64, 12)

*V/ Benedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae.*  
*R/ Ut campi tui repleantur ubertate.*

*Supplicatio* (Br Goth 146)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut Ecclesiae suaे sanctae catholicae fidem augeat,  
et pacem tribuat, defensionemque concedat.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison, kyrie eleison.*

*Completuria* (OV 384; T35.7, 370; Br Goth 147)

Deus, sine initio, sine fine,  
 a quo est totius mundanae creaturae initium;  
 da nobis:  
 ut extrema vel media anni huius  
 cum placita tibi prosperitate ducamus,  
 qui initia eius tibi dedicanda porrigitur;  
 ut et substancialibus abundemus,  
 et sanctitatis operibus fulgeamus.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (OV 385; Em 30, 1065; T35.7, 371; Br Goth 147)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus,  
 qui est corona totius a se formatae ecclesiae,  
 det vobis hunc annum placabilem ducere.

*R/ Amen.*

Consoletur vos frugibus,  
 et dignetur munerare virtutibus.

*R/ Amen.*

Ut prosperitate sibi placita laetabundi,  
 totius anni spatia mereamini pertransire.

*R/ Amen.*

Ipso auxiliante Domino,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Vespertinum* (Br Goth 189)

(Ps 29, 13; Ps 118, 56)

Cantet tibi Gloria mea, et non compungar.

Domine, Deus meus, in aeternum confitebor tibi.

V/ Haec facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisivi.

R/ Domine, Deus meus, in aeternum confitebor tibi.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Domine, Deus meus, in aeternum confitebor tibi.

*Antiphona* (Br Goth 189)

(Ps 140, 2)

Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.

V/ Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

R/ Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum.

R/ Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.

*Alleluiaiticum* (Br Goth 189)

(Ps 112, 1-2)

Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini, alleluia.

Sit nomen Domini benedictum, alleluia, alleluia.

V/ A solis ortu usque ad occasum,  
laudabile nomen Domini.

R/ Sit nomen Domini benedictum, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Sit nomen Domini benedictum, alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 190)

Altissimi Verbum Patris,  
alme Iesuque Virginis  
bis nostro natus gaudio,  
carnisque Factor et caro.

Decursa transit iam dies,  
exaudi preces supplicum;  
fovensque laetus vesperi  
gloriosum lumen suscipe.

Hoc soli ad finem tibi  
incensum sacrum damus:  
caeleste ut nostris tuum  
lumen tenebris fulgeat.

Mentemque fessam dum sopor  
noctis paratam detinet,  
obscura cedant somnia,  
pectusque purum luceat.

Quietem nullus corporis  
rapiat dolus lasciviae;  
sed te, Deus, mens sonet,  
tecum cor altum viglet.

Vocibus simul cum cordibus  
Christo, Patrique, Spiritui  
hymnum sonantes in choro  
melo canamus perpetim. Amen.

*Versus* (Em 30, 1063)

(Ps 64, 12)

V/ Benedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae.

R/ Ut campi tui repleantur ubertate.

*Supplicatio* (Br Goth 190)

Oremus.

Pium et exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nobis salutem animae et corporis,  
et remissionem peccatorum,  
et pacem propitius tribuere dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison, kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 190)

Omnipotens sempiterne Deus,  
cuius praecepto sol illustrat diem,  
luna clarificat noctem,  
vespertinis laudibus nos dignanter exaudi;  
et ut placitum supervenientis spatium peragere mereamur,  
et transacto tenebrarum cursu,  
matutinis nos iterum sacrificiis apta,  
ne ullam offenditionum maculam dies repraesentet exoriens.  
R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
qui est benedictus et vivit et omnia regit  
in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 190)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit simper vobiscum.

R/ Et cum spiritu tuo.

Benedicat omnipotens Dominus praesentem familiam,  
qui crucis portavit iniuriam.

R/ Amen.

Ipse nos perducat caeleste in regnum,  
qui peperdit in ligno.

R/ Amen.

Ipse ad dexteram Patris nos collocet,  
qui causa nobis factus est pacis.

R/ Amen.

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**OFFICIUM IN DOMINICO POST DIEM  
CIRCUMCISIONIS DOMINI**

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Vespertinum* (AL 105; T35.7, 281; Em 30, 993)  
(Ps 8, 6b.2)

Gloria et honore coronasti eum Domine.

V/ Domine, Dominus noster,

quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

R/ Coronasti eum Domine.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Coronasti eum Domine.

*Sonus* (AL 105; T35.7, 282; Em 30, 994)  
(Ps 44, 2.5)

Intende Domine, procede et regna,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Eructavit cor meum verbum bonum  
dico ego opera mea regi.

R/ Alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Alleluia, alleluia, alleluia.

*Antiphona* (AL 105; T35.7, 284; Em 30, 995; Br Goth 142)  
(Cfr. Lc 2, 21; Ps 8, 2)

Dum convenienter ad circumcidendum infantem  
vocaverunt nomen eius Iesum,  
quod dictum est ab angelo priusquam conciperetur in utero.

V/ Domine Dominus noster,

quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

R/ Vocaverunt nomen eius Iesum,

quod dictum est ab angelo priusquam conciperetur in utero.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Vocaverunt nomen eius Iesum,

quod dictum est ab angelo priusquam conciperetur in utero.

*Alleluiaiticum* (AL 105; T35.7, 285; Br Goth 141)

(Cf. Lc 2, 27.28.34; Ps 71, 17)

Cum introducerent parentes puerum Iesum in templo  
ut facerent pro eo secundum legem Moysi  
acepit eum Symeon in manus  
et benedixit Deum alleluia.

V/ Sit nomen eius benedictum in saecula.

R/ Accepit eum Symeon in manus  
et benedixit Deum alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Accepit eum Symeon in manus  
et benedixit Deum alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 146)

Agni genitor, Domine,  
Verbum natum de Virgine,  
conceptum sine semine,  
dux luminis et fons vitae.

Esto nobis in salutem,  
Filius Dei unice,  
gubernator Iesu Christe,  
ad precem nostram aspice.

In mundum nobis missus es,  
captivos repraesentare,  
lumen caecis reformare,  
mutorum linguas solvere.

Trino Deo ac Domino  
omnes dicamus gloriam,  
quia Pater in principio  
semper fuit cum Filio.

R. Amen.

Ne nos relinquas, Domine,  
omnium Conditor pie,  
propitius miserere,  
qui nullum cupis perdere.

Rectorque mundi, Domine,  
Salvator Unigenite,  
tu nos a morte protege,  
ut capti dulci opere.

Christus Dominus vigilet,  
fidesque nostra germinet,  
Zabuli discedat munimen,  
non valeat subrepere.

*Versus* (AL 105)

(Is 37, 20; Cfr. 2 Reg 19, 19)

V/ Domine, Deus noster, salva nos de manu eius.

R/ Et cognoscant omnia regna terrae quia tu es Dominus solus.

*Supplicatio* (Br Goth 141)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia Circumcisionis suaे propitius iustificare dig-  
netur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Kyrie eleison.*

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (OV 358; T35.7, 287; Em 30, 997; L4, 371; Br Goth 141)

Iesu Domine,  
cuius admirabile nomen angelus praedixit,  
mater imposuit, Simeon cognovit, Anna laudavit:  
salva populum tuum in universo mundo,  
cuius est magnificum nomen in caelo;  
ut, qui solus es potentia gloriosus,  
sis etiam praepeditis miserationis indulgentia pius.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Benedictio* (OV 359; T35.7, 288; Em 30, 998; L4, 372; Br Goth 141)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus,  
qui ad confirmandas promissiones patrum  
minister circumcisionis voluit esse,  
ipse cordium vestrorum inmundicias dignetur auferre.

*R/ Amen.*

Idem, qui precepto legis suaे signum desectae carnis accepit,  
omnes a vobis sordes sui amores connexione depurget.

*R/ Amen.*

Et qui vos filios Abrahae in se ipso, qui est semen eius,  
benedicere repromisit,  
hereditatis beatae vos collatione munificet.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 106; T35.7, 289; L4, 374)

(Ps 95, 2)

Alleluia. Cantate Domino et benedicite nomen eius, alleluia;  
bene nuntiate de die in diem salutare eius, alleluia, alleluia.

*Oratio* (L4, 374; MPs 85; Em 30, 1000)

Cantet tibi, Domine, novum canticum  
numerostas redemptorum,  
quia in redemptionis nostrae opere nova fecisti miracula;  
novum lumen ortum ex virgine,  
quod tamen deitati non erat novum,  
sed nobis est insolito miraculo demonstratum;  
novum regenerationis mysterium,  
in quo totum innovas mundum;  
nova genera virtutum in curatione aegrotorum,  
novum humilitatis ac patientiae modum  
in superbia persequentium;  
novum stupendumque genus virtutis in gloria resurgentis,  
nova humanis visibus tuae ostenditur maiestatis potestas,  
cum verum hominem ad caelorum sublimitatem deportas;  
concede tu,  
pro quibus tam nova miracula gloriosus opifex indidisti,  
hos et vestigiorum tuorum sequaces,  
et gloriae facias coheredes;  
atque in melodiam carminis novi,  
inter sanctorum fragores,  
etiam nostras voces admisceas perstrepentes.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio**(Ut in ordinario, in officio dominicali)***Ad matutinum***Hymnus**(Ut in ordinario in officio dominicali)**Oratio de Aeterne (LOS 724)*

Servientes tibi, Domine, in laetitia,  
 quia ante te flere gaudium est,  
 atria tua in hymnis confessionum obsecrantes ingredimur.  
 Ut in aeternum nos misericordia protegat,  
 et usque in saeculum saeculi veritas patefacta custodiat.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmi canonici cum antiphonis concordibus 3, 50, 56**Antiphona (Br Goth 51, 72, 187, 216-217, 324, 380-381, 696; AL 476;**T 35.4, 811; T 35.5, 87)**(Ps 3,2.4)*

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?; tu autem,  
 Domine, susceptor meus es.

*(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Ant.* Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Tu autem, Do-  
 mine, susceptor meus es.

*Antiphona (Br Goth 51)**(Cfr. Ps 50,4)*

Lava me, Domine, ab iniustitia mea: et a peccato meo munda  
 me.

*(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Ant.* Lava me, Domine, ab iniustitia mea: et a peccato meo munda me.

*Antiphona (Br Goth 51, 187, 325, 696; T 35.4, 812)**(Ps 56,2)*

In te confidit anima mea: libera me, Domine.

*(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Ant.* In te confidit anima mea: libera me, Domine.

*Oratio de psalmis canonicis* (Br Goth 51-52)

Domine Iesu Christe,  
qui credentes in te redimendo suscipis,  
et exaltando glorificas;  
plebem tuam ab iniustitiae et peccatorum vinculis libera:  
veritatis et sapientiae tuae munere corda eorum locupleta,  
mentesque sanctifica;  
ut, sicut in caelo cum sanctis regnat gloria,  
sic et in nobis maneat salus et benedictio tua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa*

*(Vel alia missa in officio in diem circumcisionis Domini)*

*Antiphona* (AL, 106; T35.7, 299; Em 30, 1012; L4, 385; cfr. Br Goth 140)

(Cf. Lc 2, 30.31; Ps 91, 2)

Viderunt oculi mei salutare tuum, Domine,  
quod praeparasti ad revelationem gentium.

*V/ Bonum est confiteri Domino*  
et psallere nomini tuo Altissime.

*R/ Praeparasti ad revelationem gentium.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Praeparasti ad revelationem gentium.*

*Oratio* (OV, 365; T35.7, 300; Em 30, 1013; L4, 386)

Fac nos, Domine,  
ut salutare tuum, quem oculo fidei vidimus,  
placabilem in iudicio sentiamus;  
ut, qui ad revelationem praeparatus est gentium,  
non ad punitionem,  
sed ad salvationem se iudicem ingerat redemptorum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus  
et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 106; T35.7, 301; Em 30, 1014; L4, 387)

(Cf. Io 1, 45.46; Ps 71, 17)

Quem scripsit Moyses invenimus Messiam  
qui dicitur Christus, venite et videte.

*V/ Ante solem permanet nomen eius  
et benedicentur in ipso omnes tribus terrae.*

*R/ Qui dicitur Christus, venite et videte.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Qui dicitur Christus, venite et videte.*

*Oratio* (OV, 366; T35.7, 302; Em 30, 1015; L4, 388; Br Goth 142)

Ad praesepe tuum, Domine, devotis cordibus accedentes,  
invenimus te de quo scripsit Moyses,  
et quem praedixerunt prophetarum omnium voces:  
da ergo nobis;  
ut, qui notitiam nominis et maiestatis tuae cognovimus,  
ad plenam notionem tuae dulcedinis veniamus;  
ut tu liberator in futuro nobis sis omnibus,  
qui verus Deus et homo unus crederis Christus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto,  
unus Deus, vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 106-107; T35.7, 303; Em 30, 1016; L4, 389)

(Cf. Ps 97, 2; Ps134, 13)

Notum fecit Dominus salutare suum  
ante conspectu gentium revelabit iustitiam suam,  
alleluia, alleluia.

*V/ Domine, nomen tuum in aeternum;  
Domine, memoriale tuum in generationem et generationem.*

*R/ Ante conspectu gentium revelabit iustitiam suam,  
alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ante conspectu gentium revelabit iustitiam suam,  
alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV, 367; T35.7, 304; Em 30, 1017; L4, 390)

Deus, qui notum fecisti in populis  
salutare tuum ante conspectu gentium,  
tuam revelando iustitiam:  
miserationum tuarum nobis copiam manifesta;  
ut, qui salutaris tui notitia revelamur,  
revelatione iustitiae consolemur.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 107; T35.7, 305; Em 30, 1018; L4, 391)

(Cf. Ap 19, 12.13.14; Is 63, 1)

Hic, qui advenit nemo novit nomen eius nisi ipse solus,  
vocatur Verbum Dei et habet vestem paeclarlam  
et omnis chorus sanctorum cum hymnis sequuntur eum.

V/ Iste formosus in stola sua,  
gradiens in multitudine fortitudinis sua.

*R/ Vocatur Verbum Dei et habet vestem paeclarlam  
et omnis chorus sanctorum cum hymnis sequuntur eum.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Vocatur Verbum Dei et habet vestem paeclarlam  
et omnis chorus sanctorum cum hymnis sequuntur eum.*

*Oratio* (OV, 368; T35.7, 306; Em 30, 1019; L4, 392)

Domine Iesu Christe, qui solus nominis tui scientiam habes,  
et magnificae virtutis potentiam obtines,  
quem nemo novit nisi Pater,  
cuiusque revelatione cognoscitur Pater;  
revela nobis tanti misterii maiestatem,  
et ita te unum cum Patre et sancto Spiritu credentes,  
inseparabilem cognoscamus,  
ut fidei merito semper propitium,  
mitemque in confessione praeveniamus.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate unus Deus,

vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 144-145)  
 (Is 26, 9-20)

*Antiphona* (Br Goth 144)  
 (Is 26,19)

Laetabuntur omnes qui sunt super terram; ros enim qui abs te est, sanitas est nobis.

Anima mea desiderat te in nocte, \* sed et spiritu meo in praecordiis meis te quaero.

Cum resplenderint iudicia tua in terra, \* iustitiam discent habitatores orbis.

Fit misericordia impio, \* non discet iustitiam;  
 in terra probitatis inique gerit \* et non videt maiestatem Domini.

Domine, exaltata est manus tua, et non vident; + videant confusi zelum tuum in populum, \* et ignis hostium tuorum devorabit eos.

Domine, dabis pacem nobis; \* omnia enim opera nostra operatus es nobis.

Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te;  
 \* tantum in te recordemur nominis tui.

Mortui non reviviscent, \* defuncti non resurgent;  
 propterea visitasti et contrivisti eos \* et perdidisti omnem memoriam eorum.

Auxisti gentem, Domine, + auxisti gentem, glorificatus es;  
 \* elongasti omnes terminos terrae.

Domine, in angustia quaesierunt te, \* fuderunt incantationem, castigatio tua in eis.

Sicut quae concipit, cum appropinquaverit ad partum + dolens clamat in doloribus suis, \* sic facti sumus a facie tua, Domine.

Concepimus et parturivimus, \* quasi peperimus ventum.  
 Salutes non fecimus in terra, \* ideo non nati sunt habitatores terrae.

Reviviscent mortui tui, \* imperfecti mei resurgent.  
 Exergiscimini et laudate, qui habitatis in pulvere, + quia ros lucis ros tuus, \* et terra defunctos suos edat in lucem.  
 Vade, populus meus, intra in cubicula tua, \* claude ostia super te,

abscondere modicum ad momentum, \* donec pertranseat indignatio.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Laetabuntur omnes qui sunt super terram; ros enim qui abs te est, sanitas est nobis.

*Oratio de cantico* (Br Goth 144- 145)

Deus, qui notum fecisti in populis salutare tuum  
ante conspectum gentium:  
revelando iustitiam tuam,  
miserationum tuarum nobis copiam manifesta;  
ut, qui salutaris tui notitia relevamur,  
revelationis iustitiae consolemur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones*

*Antiphona* (AL, 108; T35.7, 325; Em 30, 1037)

(Dn 3, 52)

Benedictum nomen gloriae tuae Deus, quod est sanctum et laudabile et gloriosum in secula.

*(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Ant.* Benedictum nomen gloriae tuae Deus, quod est sanctum et laudabile et gloriosum in secula.

*Oratio de benedictionibus*

*(Ut in ordinario in officio dominicali)*

*Sonus* (AL, 108; T35.7, 326; Em 30, 1038)

(Cf. Ps 75, 5.2.3.11)

Illuminans tu mirabilis, alleluia,  
a montibus aeternis, alleluia.

*V/ Notus in Iudea, Deus in Israel, magnum nomen eius  
factus est, in pace locus eius  
et habitatio eius in Sion, alleluia.*

*R/ Mirabilis, alleluia, a montibus eternis, alleluia.*

*V/ Cogitatio hominis confitebitur tibi, Deus,  
et reliquae cogitationes diem festum agent tibi.*

*R/ Mirabilis, alleluia, a montibus eternis, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Mirabilis, alleluia, a montibus eternis, alleluia.*

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona (Br Goth 145)*

(Ps 148,2)

Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia; laude  
date eum in excelsis, alleluia. Laudate eum omnes Angeli eius: lau  
date eum omnes virtutes eius, alleluia.

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia; laude  
date eum in excelsis, alleluia. Laudate eum omnes Angeli eius: laude  
date eum omnes virtutes eius, alleluia.

*Lectio (Br Goth 145)*

(Is 48, 12-20)

Lectio libri Isaiae prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: Audi me, Iacob, et Israel, quem ego vo  
cavi; ego, ego primus et ego novissimus.

Manus mea fundavit terram, et dextera mea expandit caelos;  
ego voco eos, et stant simul. Congregamini, omnes vos, et audite:  
Quis de eis annuntiavit haec? Dominus dilexit eum; faciet volunta  
tem suam in Babylone et brachium suum in Chaldaeis.

Ego, ego locutus sum et vocavi eum; adduxi eum, et prospera  
fuit via eius.

Accedite ad me et audite hoc: Non a principio in abscondito  
locutus sum; ex tempore, antequam fieret, ibi eram; et nunc Domin  
us Deus misit me cum spiritu suo.

Haec dicit Dominus, redemptor tuus, Sanctus Israel: Ego  
Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, qua am  
bulas. Utinam attendisses mandata mea! Facta fuisset sicut flumen  
pax tua, et iustitia tua sicut gurgites maris; et fuisset quasi arena  
semen tuum, et stirps uteri tui ut lapilli eius; non interisset et non  
fuisset attritum nomen eius a facie mea. Egredimini de Babylone,  
fugite a Chaldaeis, in voce exultationis annuntiate; auditum facite  
hoc, efferte illud usque ad extrema terrae, dicite: “Redemit Dominus  
servum suum Iacob”.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 146)

Agni genitor, Domine,  
Verbum natum de Virgine,  
conceptum sine semine,  
dux luminis et fons vitae.

Esto nobis in salutem,  
Filius Dei unice,  
gubernator Iesu Christe,  
ad precem nostram aspice.

In mundum nobis missus es,  
captivos repraesentare,  
lumen caecis reformare,  
mutorum linguis solvere.

Trino Deo ac Domino  
omnes dicamus gloriam,  
quia Pater in principio  
semper fuit cum Filio. Amen.

Ne nos relinquas, Domine,  
omnium Conditor pie,  
propitius miserere,  
qui nullum cupis perdere.

Rectorque mundi, Domine,  
Salvator Unigenite,  
tu nos a morte protege,  
ut capti dulci opere.

Christus Dominus vigilet,  
fidesque nostra germinet,  
Zabuli discedat munimen,  
non valeat subrepere.

*Versus* (AL, 108)

(Ps 47, 11)

*V/ Secundum nomen tuum Deus sic et laus tua in fines terrae.  
R/ Iustitia plena est dextera tua.*

*Supplicatio* (Br Goth 146)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut Ecclesiae suaे sanctae catholicae fidem augeat,  
et pacem tribuat, defensionemque concedat.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (OV, 377; T35.7, 327; Em 30, 1040; L4, 408; Br Goth 145)

Notum factum est salutare Domini virtutum,  
praedictum prophetarum p̄raeconio,  
visumque populorum aspectu,  
dum Simeon ulnis gestavit senex,

quod vates cecinerunt priores,  
 pro quo et promissa,  
 et in quo adimpta cognoscitur prophetia;  
 ut requiesceret in pace, dum aspiceret pacem;  
 et Iesus Dominus, lumen in revelationem gentium,  
 et gloriam plebis sue Israel,  
 et promissus prodiret, et prodiens appareret;  
 luxque eius praeveniret in saeculo,  
 quos caecitas oppresserat tenebrarum in mundo:  
 praesta proinde, Domine, precibus ecclesiae tuae;  
 ut quos mirabilia haec fecisti cognoscere,  
 ad te facias pervenire in pace.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Benedictio* (OV, 378; T35.7, 328; Em 30, 1041; L4, 409)

*Diac.:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/.* Et cum spiritu tuo.

Dominus Iesus Christus, qui se pro nobis circumcidi permisit,  
 ipse in vobis, mundo voluptates divini verbi gladio desecet.

*R/ Amen.*

Et qui ritum veteris legis, ut legem adimpleret,  
 suscipere voluit,

ipse vos novi testamenti gratia renovet.

*R/ Amen.*

Ut, vetusta quaeque reicentes ex corde,  
 nova, quae Domino placent opera,  
 et mente perficiatis et corpore.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia, qui vivit cum Deo Patre,  
 et regnat cum Spiritu Sancto, unus Deus,  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL, 108; T35.7, 329; Em 30, 1042; L4, 410)  
 (Ps 71, 17)

Ante solem permanet nomen eius,  
 et benedicentur in eo omnes tribus terrae;  
 omnes gentes beatum dicunt eum,  
 alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (L4, 411)

Deus, cuius nomen permanet ante solem,  
 qui temporealem ortum nescis occassumque non sustines,  
 qui increatus omnia creans,  
 et ex incorrupta creatura genitus, cuncta vivificas:  
 salva filios pauperum, qui es Dominus angelorum.  
 Ut qui naturam suscepisti mortalium,  
 aeternitatem nobis tribue beatorum.  
 Ut nomen tuum, quod est benedictum in saecula,  
 et nunc et in saeculum a nobis perpetim collaudemus  
*R/ Amen.*  
 Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

### **Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis* (Br Goth 47)  
*(Ut in ordinario, in officio dominicali)*

*Vespertinum* (AL, 109; T35.7, 348; Em 30, 993)  
 (Ps 8, 6b.2)

Gloria et honore coronasti eum Domine.  
*V/ Domine, Dominus noster,*  
 quam admirabile est nomen tuum in universa terra.  
*R/ Coronasti eum Domine.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Coronasti eum Domine.*

*Sonus* (AL, 109-110; T35.7, 349; Em 30, 1048)

(Cf. Ps 60, 3.4.5.9)

Alleluia. Psallam nomini tuo, Deus, in saecula  
ut reddam vota mea de die in diem, alleluia.

V/ Alleluia. Deduxisti Domine,  
quia factus es fiducia mea  
turris fortitudinis a facie inimici  
habitabo in sanctuario tuo.

R/ Deus, in saecula ut reddam vota mea  
de die in diem, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Deus, in saecula ut reddam vota mea  
de die in diem, alleluia.

*Antiphona* (AL, 110; T35.7, 350; Em 30, 1049)

(Cf. Gen 49, 21.22; Ps 44, 3)

Filius accrescens et decorus aspectu iste est  
et dans eloquia pulchritudinis.

V/ Speciosus forma prae filiis hominum,  
diffusa est gratia in labiis tuis.

R/ Dans eloquia pulchritudinis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Dans eloquia pulchritudinis.

*Alleluiaiticum* (AL, 110; T35.7, 351; Em 30, 1050)

(Cf. Ps 21, 23; Ps 117, 28)

Narrabo nomen tuum fratribus meis alleluia.

In medio ecclesiae laudabo te, Domine, alleluia, alleluia.

V/ Deus meus es tu et confitebor tibi.

R/ In medio ecclesiae laudabo te, Domine, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ In medio ecclesiae laudabo te, Domine, alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 146)

Agni genitor, Domine,  
Verbum natum de Virgine,  
conceptum sine semine,  
dux luminis et fons vitae.

Esto nobis in salutem,  
Filius Dei unice,  
gubernator Iesu Christe,  
ad precem nostram aspice.

In mundum nobis missus es,  
captivos repraesentare,  
lumen caecis reformare,  
mutorum linguis solvere.

Ne nos relinquas, Domine,  
omnium Conditor pie,  
propitius miserere,  
qui nullum cupis perdere.

Rectorque mundi, Domine,  
Salvator Unigenite,  
tu nos a morte protege,  
ut capti dulci opere.

Christus Dominus vigilet,  
fidesque nostra germinet,  
Zabuli discedat munimen,  
non valeat subrepere.

Per Iesum Christum Dominum,  
qui regant cum Deo Patre,  
et nos dignavit docere,  
credamus in Trinitate.

Trino Deo ac Domino,  
omnes dicamus gloriam:  
quia Pater in principio  
Semper fuit cum Filio. Amen

*Versus* (AL, 105)

(Is 37, 20; Cf. 2 Reg 19, 19)

V/ Domine Deus noster salva nos de manu eius.

R / Et cognoscant omnia regna terrae quia tu es Dominus solus.

*Supplicatio* (Br Goth 146)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut Ecclesiae suaे sanctae catholicae fidem augeat,  
et pacem tribuat, defensionemque concedat.

R / Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R / Christe eleison. Kyrie eleison.

*Compleuria* (OV, 379; T35.7, 352; Em 30, 1051)

Christe, Filius Dei Patris,  
qui minister factus circumcisioнis  
et paternarum promissionum es omnimoda plenitudo,

et adumbratae legis revelata perfectio:  
 da nobis, horum misteriorum gaudiis, propensius gratulari;  
 ut, qui factus sub lege, precepta legalia non solvere,  
 sed adimplere venisti,  
 de peracto nativitatis tuae festo nos iubeas iucundari.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio dominicali*)

*Benedictio* (OV, 380; T35.7, 353)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dei filius, qui olim ad complementum legis  
 signum accepit circumcisionis,  
 purificet vos ab omnibus iniquitatibus vestris.

*R/ Amen.*

Abscidat quoque vestri cordis preputia,  
 qui non est dignatus suscipere  
 circumcisionem corpoream.

*R/ Amen.*

Ut, abscissis omnium vitiorum illaecebris,  
 de peracto gaudio tantae festivitatis,  
 et hic et in aeternum, perenniter exultetis.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
 qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL, 110; T35.7, 354)

(Ps 71, 8)

Dominabitur a mari et usque ad mare, alleluia;  
et a fluminibus usque ad terminos orbis terrae,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 141)

Omnipotens Pater, et Domine Deus,  
largire credenti tuo populo pacem,  
ut in templo tuo videamus Salutare tuum,  
quem Simeon iustus ulnis suis accepit,  
ut qui lumen ad revelationem Gentium extitit,  
indultor criminum eorummet credentium sentiatur.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio dominicali*)

**INCIPIT OFFICIUM IEIUNIORUM IN KALENDIS JANUARII**  
*Observatur tribus diebus ante festum Epiphaniae, prout sequitur*

**Primo die**  
**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (Br Goth 150, 233)

(Ps 3, 4)

Tu autem, Domine, susceptor meus, et gloria mea, et exaltans  
caput meum.

*(Psalmus ut in ordinario, in officio feriali)*

*Ant.* Tu autem, Domine, susceptor meus, et gloria mea, et exaltans  
caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 819; Br Goth 150)

Quamvis, Domine, plurima malignantium multitudo abneget  
salutem nostram esse in te Domino Deo nostro;  
nobis tamen ob hoc robur spei multum augetur,  
quia tu susceptor noster esse dignatus es:  
obstruatur itaque os loquentium iniqua,  
cum sperantes in te misericordia circumdat assidua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa*

*Psalmus 17* (Br Goth 150)

*Antiphona* (Br Goth 150)

(Ps 17, 32)

Quis Deus praeter Dominum? aut quis deus praeter Deum  
nostrum?

Diligam te, Domine, fortitudo mea. \* Domine, firmamentum  
meum et refugium meum et liberator meus;  
Deus meus, adiutor meus, et sperabo in eum; \* protector  
meus et cornu salutis meae et susceptor meus.

Laudabilem invocabo Dominum, \* et ab inimicis meis salvus ero.  
Circumdederunt me fluctus mortis, \* et torrentes Belial conturbaverunt me;  
funes inferni circumdederunt me, \* praeoccupaverunt me laquei mortis.  
In tribulatione mea invocavi Dominum, \* et ad Deum meum clamavi;  
exaudivit de templo suo vocem meam, \* et clamor meus in conspectu eius introivit in aures eius.  
Commota est et contremuit terra; + fundamenta montium concussa sunt et commota sunt \* quoniam iratus est.  
Ascendit fumus de naribus eius, + et ignis de ore eius devorans; \* carbones succensi processerunt ab eo.  
Inclinavit caelos et descendit, \* et caligo sub pedibus eius.  
Et ascendit super cherub et volavit, \* ferebatur super pennas ventorum.  
Et posuit tenebras latibulum suum, + in circuitu eius tabernaculum eius, \* tenebrosa aqua, nubes aeris.  
Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, \* grando et carbones ignis.  
Et intonuit de caelo Dominus, + et Altissimus dedit vocem suam: \* grando et carbones ignis.  
Et misit sagittas suas et dissipavit eos, \* fulgura iecit et conturbavit eos.  
Et apparuerunt fontes aquarum, \* et revelata sunt fundamenta orbis terrarum  
ab increpatione tua, Domine, \* ab inspiratione spiritus irae tuae.  
Misit de summo et accepit me \* et assumpsit me de aquis multis;  
eripuit me de inimicis meis fortissimis + et ab his, qui oderunt me, \* quoniam confortati sunt super me.  
Oppugnaverunt me in die afflictionis meae, \* et factus est Dominus fulcimentum meum;  
et eduxit me in latitudinem, \* salvum me fecit, quoniam volevit me.  
Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam \* et secundum puritatem manuum mearum reddet mihi,  
quia custodivi vias Domini, \* nec impie recessi a Deo meo.  
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, \* et iusticias eius non reppuli a me:

et fui immaculatus cum eo \* et observavi me ab iniuitate.  
Et retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam \* et  
secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculo-  
rum eius.

Cum sancto sanctus eris \* et cum viro innocentie innocens eris  
et cum electo electus eris \* et cum perverso callidus eris.

Quoniam tu populum humilem salvum facies \* et oculos su-  
perborum humiliabis.

Quoniam tu accendis lucernam meam, Domine; \* Deus meus  
illuminat tenebras meas.

Quoniam in te aggrediar hostium turmas \* et in Deo meo  
transiliam murum.

Deus, impolluta via eius, + eloquia Domini igne examinata; \*  
protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus praeter Dominum? \* Aut quae munitio  
praeter Deum nostrum?

Deus, qui praecinxit me virtute \* et posuit immaculatam  
viam meam;

qui perfecit pedes meos tamquam cervorum \* et super excel-  
sa statuit me;

qui docet manus meas ad proelium, \* et tendunt arcum ae-  
reum brachia mea.

Et dedisti mihi scutum salutis tuae, + et dextera tua suscepit  
me, \* et exauditio tua magnificavit me.

Dilatasti gressus meos subtus me, \* et non sunt infirmata  
vestigia mea.

Perseguebar inimicos meos et comprehendebam illos \* et non  
convertebar, donec deficerent.

Confringebam illos, nec poterant stare, \* cadebant subtus  
pedes meos.

Et praecinxisti me virtute ad bellum \* et supplantasti insur-  
gentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum \* et odientes me dis-  
perdidisti.

Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret, \* ad Dominum, nec  
exaudivit eos.

et comminui eos ut pulverem ante faciem venti, \* ut lutum  
platearum contrivi eos.

Eripuisti me de contradictionibus populi, \* constituisti me  
in caput gentium.

Populus, quem non cognovi, servivit mihi, \* in auditu auris  
oboedivit mihi.

Filii alieni blanditi sunt mihi, + filii alieni inveterati sunt,  
 \* contremuerunt in abditis suis.

Vivit Dominus et benedictus Adiutor meus, \* et exaltetur  
 Deus salutis meae.

Deus, qui das vindictas mihi + et subdis populos sub me,  
 \* liberator meus de inimicis meis iracundis;  
 et ab insurgentibus in me exaltas me, \* a viro iniquo eripis  
 me.

Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine, \* et nomini  
 tuo psalmum dicam,  
 magnificas salutes regis sui + et faciens misericordiam chris-  
 to suo, \* David et semini eius usque in saeculum.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Quis Deus praeter Dominum? aut quis deus praeter Deum nos-  
 trum?

*Oratio* (Br Goth 150)

Fortitudo nostra,  
 dona nobis dilectionem tui nominis perpetim possidere;  
 dignare esse nostra, contra adversantes, virtus,  
 firmamentum contra impugnantes,  
 liberator a captivantibus:  
 ut, tuis ex toto defensaculis circumcincti,  
 sic adversa mundi mens nostra non metuat,  
 ut blanda non requirat,  
 tua semper gratia contenta muneribus gaudeat.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui est benedictus et vivit et omnia regit  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 18* (Br Goth 150)

*Antiphona* (Br Goth 150)

(Cfr. Ps 18, 13)

Delicta, qui solus intellegis; a peccatis nostris munda nos,  
 Domine.

Caeli enarrant gloriam Dei, \* et opera manuum eius annun-  
 tiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, \* et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelae neque sermones, \* quorum non intellegantur voces:  
 in omnem terram exivit sonus eorum \* et in fines orbis terrae  
 verba eorum.  
 Soli posuit tabernaculum in eis, + et ipse tamquam sponsus  
 procedens de thalamo suo. \* exultavit ut gigas ad currendam  
 viam.  
 A finibus caelorum egressio eius + et occursus eius usque ad  
 fines eorum, \* nec est, quod se abscondat a calore eius.  
 Lex Domini immaculata, reficiens animam, \* testimonium  
 Domini fidele, sapientiam praestans parvulis.  
 Iustitiae Domini rectae, laetificantes corda, \* praeceptum  
 Domini lucidum, illuminans oculos.  
 Timor Domini mundus, permanens in saeculum saeculi, \* iudicia  
 Domini vera, iusta omnia simul,  
 desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum \* et  
 dulciora super mel et favum stillantem.  
 Etenim servus tuus eruditur in eis; \* in custodiendis illis retributio multa.  
 Errores quis intellegit? + Ab occultis munda me, \* et a superbia  
 custodi servum tuum, ne dominetur mei.  
 Tunc immaculatus ero \* et emundabor a delicto maximo.  
 Sint ut complaceant eloquia oris mei \* et meditatio cordis  
 mei in conspectu tuo.  
 Domine, adiutor meus \* et redemptor meus.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Delicta, qui solus intellegis; a peccatis nostris munda nos, Domine.

*Oratio*(Br Goth 150)

Ab occultis nostris munda nos, Domine,  
 purgando conscientiam,  
 quae internis ac propriis inficitur maculis:  
 ab alienis quoque parce servis tuis,  
 ut ea indulgeas quae, vel malorum exemplis addiscimus,  
 vel pravis illecti persuasionibus perpetramus;  
 ut qui te proprium agnoscimus Dominum,  
 peccatorum nequaquam sentiamus ulterius dominatum.

*R/* Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 19* (Br Goth 150)

*Antiphona* (Br Goth 150)

(Cfr. Ps 19, 10)

Exaudi nos die qua invocaverimus te, Domine Deus noster.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis, \* protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto \* et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui \* et holocaustum tuum pingue habeat.

Tribuat tibi secundum cor tuum \* et omne consilium tuum adimpleat.

Laetabimur in salutari tuo + et in nomine Dei nostri levabimus signa; \* impleat Dominus omnes petitiones tuas.

Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus christum suum: + exaudivit illum de caelo sancto suo, \* in virtutibus salutis dexteræ eius.

Hi in curribus et hi in equis, \* nos autem nomen Domini Dei nostri invocavimus.

Ipsi incurvati sunt et ceciderunt, \* nos autem surreximus et erecti sumus.

Domine, salvum fac regem, \* et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Exaudi nos die, qua invocaverimus te, Domine Deus noster.

*Oratio* (Br Goth 150)

Tribulationes cordis nostri,

quas paenitendo facinorum ob metum iudicium pandit,

per misericordiam tuam, Domine,

ad indulgentiae laetitiam attrahe:

mitte itaque nobis auxilium de sancto;

et nostrorum maestrias cordium

pingue tibi facito holocaustum:

ut mentibus nostris et consilium, quo delecteris, inspires;

et opus, quo placeris, insinues:

petitiones nostras ita suppleas, ut peccata deleas;

et ad illam regionem ubi sine termino vivitur,

propitius intromittas.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (Br Goth 150-151)  
(Is 9,1)

Adveniens Dominus abstulit omnem caliginem noctis,  
ubi non erat lux, facta est claritas. Et apparuit dies.  
V/ Populus qui sedebat in tenebris videt lucem magnam;  
habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis.  
*R/ Et apparuit dies.*  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Et apparuit dies.*

*Psalmus L*

*Antiphona* (Br Goth 151)  
(Cfr. Ps 50, 11)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, et omnes iniquitates  
nostras dele.

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Ant.* Averte faciem tuam a peccatis nostris, et omnes iniquitates nos-  
tras dele.

*Oratio* (Br Goth 151)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, Domine,  
et omnes iniquitates nostras dele;  
remove ab oculis tuis  
malarum nostrarum facinus voluptatum,  
nostra deque confessioni clementer tuum appone auditum:  
miserere, quaesumus, rogantibus nobis,  
qui propitiis respicis in adversis,  
et qui desperatis cor paenitens tribuis,  
confessionibus nostris gloriae tuae praesta subsidium.  
Sed quia publicanus a longe stans,  
et percutiens pectus suum,  
sola confessione purgatus est;  
similiter, et nos peccatores exaudi;  
ut sicut illi meritos petitionis sua fructus donasti,  
ita et nobis supplicantibus indignis servis tuis,  
veniam digneris impendi peccatis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 52-55)

(Dt 32,1-43)

*Antiphona* (Br Goth 151)

(Cfr. Ps 3,7; Ps 12,5; Dt 32, 27)

Exurge, Domine Deus, et libera plebem tuam, nequando dicant adversarii: manus nostra excelsa est, et non Deus fecit haec omnia.

“Audite, caeli, quae loquor; \* audiat terra verba oris mei!  
Stillet ut pluvia doctrina mea, \* fluat ut ros eloquium meum

quasi imber super herbam \* et quasi stillae super gramina.

Quia nomen Domini invocabo: \* date magnificentiam Deo nostro!

Petra, perfecta sunt opera eius, \* quia omnes viae eius iustitia.

Deus fidelis et absque ulla iniestate, \* iustus et rectus.

Peccaverunt ei, non filii eius in sordibus suis, \* generatio prava atque perversa.

Haecce redditis Domino, \* popule stulte et insipiens?

Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, \* ipse fecit et stabilivit te?

Memento dierum antiquorum, \* cogita generationes singulas;  
interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi, \* maiores tuos,  
et dicent tibi.

Quando dividebat Altissimus gentes, \* quando separabat filios Adam,

constituit terminos populorum \* iuxta numerum filiorum Israel;

pars autem Domini populus eius, \* Iacob funiculus hereditatis eius.

Invenit eum in terra deserta, \* in loco horroris et ululatu solitudinis;

circumdedicit eum et attendit \* et custodivit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos \* et super eos volitans expandit alas suas

et assumpsit eum \* atque portavit super pennas suas.  
 Dominus solus dux eius fuit, \* et non erat cum eo deus alienus.  
 Constituit eum super excelsam terram, \* ut comederet fructus agrorum,  
 ut sugeret mel de petra \* oleumque de saxo durissimo,  
 butyrum de armento et lac de ovibus, \* cum adipe agnorum  
 et arietum  
 filiorum Basan et hircorum, cum medulla tritici, \* et sanguinem uvae biberet meracissimum.  
 Incrassatus est dilectus et recalcitravit; \* incrassatus, impinguatus, dilatatus  
 dereliquit Deum factorem suum \* et recessit a Petra salutari suo.  
 Provocaverunt eum in diis alienis \* et in abominationibus ad iracundiam concitaverunt.  
 Immolaverunt daemonibus et non Deo, \* diis quos ignorabant;  
 novi recentesque venerunt, \* quos non coluerunt patres vestri.  
 Petram, quae te genuit, dereliquisti, \* et oblitus Domini creatoris tui.  
 Vedit Dominus et sprevit, \* quia provocaverunt eum filii sui et filiae.  
 Et ait: "Abscondam faciem meam ab eis \* et considerabo novissima eorum;  
 generatio enim perversa est, \* et infideles filii.  
 Ipsi me provocaverunt in eo, qui non erat deus, \* et irritaverunt in vanitatibus suis;  
 et ego provocabo eos in eo, qui non est populus, \* et in gente stulta irritabo illos.  
 Ignis succensus est in furore meo \* et ardebit usque ad inferni profundissima;  
 devorabitque terram cum germine suo \* et montium fundamenta comburet.  
 Congregabo super eos mala \* et sagittas meas complebo in eis.  
 Consumentur fame et devorabuntur febri \* et peste amarissima;  
 dentes bestiarum inmittam in eos, \* cum veneno serpentium in pulvere.  
 Foris vastabit eos gladius \* et intus pavor:

iuvenem simul ac virginem, \* lactantem cum homine sene.  
Dixi: Disperdam eos, \* cessare faciam ex hominibus memo-  
riam eorum!,  
sed arrogantiam inimicorum timui, \* ne superbirent hostes  
eorum  
et dicerent: ‘Manus nostra excelsa, \* et non Dominus fecit  
haec omnia!’.  
Gens enim absque consilio est \* et sine prudentia.  
Utinam saperent et intellegerent haec \* ac novissima provi-  
derent!  
Quomodo persequatur unus mille, \* et duo fugent decem mi-  
llia?  
Nonne ideo, quia Petra eorum vendidit eos, \* et Dominus  
tradidit illos?”  
Non enim est petra eorum ut Petra nostra, \* et inimici nostri  
sunt iudices.  
Vere de vinea Sodomorum vinea eorum \* et de suburbanis  
Gomorrae;  
uva eorum uva fellis \* et botri amarissimi;  
fel draconum vinum eorum \* et venenum aspidum insana-  
bile.  
Nonne haec condita sunt apud me \* et signata in thesauris  
meis? s  
Mea est ultio, et ego retribuam in tempore, \* in quo labetur  
pes eorum!  
Iuxta est die perditionis, \* et adesse festinat sors eorum.  
Iudicabit Dominus populum suum \* et in servis suis misere-  
bitur;  
videbit quod infirmata sit manus, \* et defecerint clausi ac  
liberati.  
Et dicet: “Ubi sunt dii eorum, \* Petra, in qua habebant fi-  
duciam,  
de quorum victimis comedebant adipes, \* et bibebant vinum  
libaminum?  
Surgant et opitulentur vobis \* et in necessitate vos prote-  
gant!  
Videte nunc quod ego sim solus, \* et non sit Deus praeter  
me;  
ego occidam et ego vivere faciam; + percutiam et ego sanabo;  
\* et non est qui de manu mea possit eruere.  
Levabo ad caelum manum meam \* et dicam: Vivo ego in  
aeternum!

Si acuero ut fulgur gladium meum, \* et arripuerit iudicium manus mea,  
reddam ultionem hostibus meis \* et his, qui oderunt me, retribuam.  
Inebriabo sagittas meas sanguine, \* et gladius meus devorabit carnes,  
de cruento occisorum et captivorum, \* de capite ducum inimici!”  
Laudate gentes, populum eius, \* quia sanguinem servorum suorum ulciscetur  
et vindictam retribuet in hostes suos \* et propitius erit terrae populi sui”.  
Gloria et honor Patri, et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Exurge, Domine Deus, et libera plebem tuam, nequando dicant adversarii: manus nostra excelsa est, et non Deus fecit haec omnia.

*Oratio de cantico* (Br Goth 151, 262)

Montes cantent nobis, et terra audiat,  
sicut Moysi famulo tuo,  
in confessionem mirabilium et praceptorum tuorum.  
Et descendat super nos, Domine,  
gratia misericordiae Domini nostri Iesu Christi Filii tui,  
sicut ros super terram,  
et sicut imber super gramen,  
et sicut nix supra foenum;  
quae nos insensibiliter ab arte impietatis emundet illic,  
ubi peccatorum nostrorum numerositas  
nulla possit satisfactione pensari.  
Tu autem, Domine,  
qui es caecorum lumen,  
errantium via, resurrectio mortuorum,  
respectu clementiae tuae  
conscientiae nostrae tenebras illumina;  
peccantes ad paenitentiam revoca,  
paenitentibus veniam  
prompta in te semper miseratione largire.  
*R/* Amen.  
Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.  
*R/* Amen.

*Psalmus matutinarius* (Br Goth 151)

(Ps 111, 4; Ps 106, 6)

Exortum est in tenebris lumen rectis corde.  
 Misericors et miserator, et iustus Dominus.  
*V/* Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur;  
 et de necessitatibus eorum liberavit eos.  
*R/* Misericors et miserator, et iustus Dominus.  
*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/* Misericors et miserator, et iustus Dominus.

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona* (Br Goth 151)

(Cfr. Ps 148, 1)

In sanctis eius, laudate eum in excelsis.

*(Ut in ordinario, in officio feriali)**Ant.* In sanctis eius, laudate eum in excelsis.*Lectio* (Br Goth 151-152)

(Sap 14,7-12.27-15,3)

Lectio libri Sapientiae Salomonis.

*R/* Deo gratias.

Fili, benedictum est lignum, per quod fit iustitia; per manus autem, quod fit, maledictum et ipsum et qui fecit illud, quia ille quidem operatus est, illud autem, cum esset corruptibile, deus cognominatus est.

Similiter autem odio sunt Deo impius et impietas eius: etenim, quod factum est, cum illo, qui fecit, tormenta patietur.

Propter hoc et in idolis nationum erit visitatio, quoniam in creatura Dei in abominationem facta sunt et in temptationem animabus hominum et in muscipulam pedibus insipientium.

Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, et adventio illorum corruptio vitae est.

Infandorum enim idolorum cultura omnis mali initium et causa est et finis.

Aut enim, dum laetantur, insaniantur aut vaticinantur falsa aut vivunt iniuste aut perierant cito.

Dum enim confidunt in idolis, quae sine anima sunt, male iurantes noceri se non sperant.

Utraque autem illis evenient digne, quoniam male censerunt de Deo attendentes idolis et iuraverunt iniuste in dolo contempnentes sanctitatem.

Non enim iuratorum virtus, sed peccantium poena perambulat semper iniustorum prevaricationem.

Tu autem, Deus noster, suavis et verus es, patiens et in misericordia disponens omnia.

Etenim, si peccaverimus, tui sumus, scientes potentiam tuam; non peccabimus autem scientes quoniam apud te sumus computati.

Nosse enim te consummata iustitia est, et scire virtutem tuam radix est immortalitatis.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 152; L5, 1153)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Maestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
maestas genas inducimus

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetrum vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemus omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira maestos sorbeat,  
non poena fessos conterat:  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum.

*Amen.*

*Versus*

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem sanctae Mariae  
Virginis Genitricis suaे,  
in sacro sancto ieunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Kyrie eleison.*

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria (Br Goth 152)*

Dilectissimi fratres,  
qui omnia idola gentium  
cum Psalmista daemonia esse creditis;  
illorum, quae so,  
ut ritus et monstruos actus omnino respuamus:  
et si aliquem ex Ecclesiae filiis talia,  
aut agere aut delectari prospicitis,  
vestra admonitione corripite,  
et ad viam salutis ab erroribus revocate;  
ut verba dominicae orationis,  
quae ipso Domino docente didicistis,  
et simul mecum et cum illis  
proclamare liberi possitis e terris dicentes:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Benedictio (Br Goth 153)*

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.  
*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.  
*R/* Et cum spiritu tuo.

Christus Dominus, qui cum Patre, et Spiritu Sancto  
unus extat Conditor et annorum et temporum;  
ipse in initio huius anni  
vestrum acceptare dignetur ieiunium.

*R/ Amen.*

Sit vobis semper dux,   
qui extitit totius mundi Redemptor.

*R/ Amen.*

Ut, cuius in nativitate solemnia iam strenue peregistis,  
apparitionis festa etiam cum gaudio celebretis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (Br Goth 153)

(Is 35,1; Ps 99,2)

Alleluia, laetabitur deserta et invia, et exultabit solitudo.  
 Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.  
 V/ Iubilate Deo omnis terra, servite Domino in laetitia.  
 R/ Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 161)

Magne Domine valdeque laudabilis,  
 dilata in omnes fidem Ecclesiae tuae:  
 ut in cuius gradibus Deus agnosceris,  
 in ea etiam plena fidelium devotione lauderis:  
 eiusque preces propitius suscipe;  
 et inter saeculi procellas sollicitos gubernator custodi,  
 ut civitatem, quam fundasti in saecula,  
 misericordia tua introeuntes,  
 suscipiamur in illa, narrantes in turribus mirabilia tua.  
 R/ Amen.  
 Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.  
 R/ Amen.

*Conclusio*

(Ut in ordinario, in officio feriali)

**Ad Tertiam***Lectio* (Br Goth 153)

(Prv 3,1-7)

Lectio proverbiorum Salomonis.

R/ Deo gratias.

Fili mi, ne obliviscaris legis meae, et praecepta mea cor tuum  
 custodiat; longitudinem dierum et annos vitae et pacem apponent  
 tibi.

Misericordia et veritas te non deserant; circumda eas gutturi  
 tuo et describe in tabulis cordis tui, et invenies gratiam et successum  
 bonum coram Deo et hominibus.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo et ne innitaris prudentiae tuae. In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.

Ne sis sapiens apud temetipsum; time Dominum et recede a malo.

*R/ Amen*

*Lectio* (Br Goth 153-154)

(Ex 32,1-29)

Lectio libri Exodi.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus, videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus ad Aaron dixit: “Surge, fac nobis deos, qui nos praecedant; Moysi enim, huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit”. Dixitque ad eos Aaron: “Tollite inaures aureas de uxorum filiorumque et filiarum vestrarum auribus et afferte ad me”. Fecitque omnis populus, quae iusserat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset, formavit stilo imaginem et fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntque “Hi sunt dii, Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti!”. Quod cum vidisset Aaron, aedificavit altare coram eo et praeconis voce clamat dicens: “Cras sollemnitas Domini est”. Surgentesque mane altero die obtulerunt holocausta et hostias pacificas; et sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere.

Locutus est autem Dominus ad Moysen: “Vade, descende; peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti. Recesserunt cito de via, quam praecepi eis, feceruntque sibi vitulum conflatilem et adoraverunt atque immolantes hostias dixerunt: “Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti!”. Rursumque ait Dominus ad Moysen: “Cerno quod populus iste durae cervicis sit; dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos et deleam eos faciamque te in gentem magnam”.

Moyses autem orabat Dominum Deum suum dicens: “Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna et in manu robusta? Ne, quaeso, dicant Aegypti: “Callide eduxit eos, ut interficeret in montibus et deleret de terra”. Quiescat ira tua, et esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac et Israel servorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicens: “Multiplicabo semen vestrum sicut stellas caeli et universam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro; et possidebitis eam semper”. Placatusque

est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum suum.

Et reversus est Moyses de monte portans duas tabulas testimoni in manu sua scriptas ex utraque parte et factas opere Dei; scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis dixit ad Moysen: “Ululatus pugnae auditur in castris”. Qui respondit:

“Non est clamor vincentium neque clamor fugientium, sed clamor cantantium ego audio”.

Cumque appropinquasset ad castra, vidi vitulum et choros; iratusque valde proiecit de manu tabulas et confregit eas ad radices montis. Arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit et contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam et dedit ex eo potum filiis Israel.

Dixitque ad Aaron: “Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?”. Cui ille respondit: “Ne indignetur dominus meus; tu enim nosti populum istum, quod pronus sit ad malum. Dixerunt mihi: “Fac nobis deos, qui nos praecedant; huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Aegypti, nescimus quid acciderit”. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Abstulerunt et dederunt mihi, et proieci illud in ignem; egressusque est hic vitulus”.

Videns ergo Moyses populum quod esset effrenatus; relaxaverat enim ei Aaron frenum in ludibrium hostium eorum. Et stans in porta castrorum ait: “Si quis est Domini, iungatur mihi!”. Congregati sunt ad eum omnes filii Levi. Quibus ait: “Haec dicit Dominus Deus Israel: Ponat unusquisque gladium super femur suum. Ite et redite de porta usque ad portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum”. Fecerunt filii Levi iuxta sermonem Moysi; cecideruntque de populo in die illa quasi tria milia hominum. Et ait Moyses: “Implestis manus vestras hodie Domino unusquisque in filio et in fratre suo, ut detur vobis benedictio”.

*R/ Amen.*

### *Lectio (Br Goth 154-155)*

(Is 33, 13-19)

Lectio libri Isaiae Prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: “Audite qui longe estis quae fecerim, et cognoscite, vicini, fortitudinem meam”.

Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor impios.

Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

Qui ambulat in iustitiis et loquitur aequitates, qui reicit lucra ex rapinis et excutit manus suas, ne munera accipiat, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos, ne videat malum: iste in excelsis habitabit, munita saxorum refugium eius; panis ei datus est, aquae eius fideles sunt.

Regem in decore suo videbunt oculi tui, cernen terram longinquam.

Cor tuum cum timore inquiret: “Ubi est scriba? Ubi ponde-rator? Ubi computator turrium?”

Populum imprudentem non videbis, populum profundi ser-monis, ininterpretabilis, linguae barbarae absque intellegentia.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 155-156)

(1Cor 10)

Sequentia epistolae Pauli Apostoli ad Corinthios.

R/ Deo gratias.

Fratres: Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes mare transierunt et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt; bibebant autem de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum complacuit sibi Deus, nam prostrati sunt in deserto.

Haec autem figurae fuerunt nostrae, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. Neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis; quemadmodum scriptum est: “*Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere*”. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt una die viginti tria milia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt et perierunt ab exterminatore. Haec autem in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt. Itaque, qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendit nisi humana; fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari super id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam proventum, ut possitis sustinere.

Propter quod, carissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Ut prudentibus loquor; vos iudicate, quod dico: Calix benedictionis, cui

benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes enim de uno pane participamur. Videte Israel secundum carnem: nonne, qui edunt hostias, communicantes sunt altari?

Quid ergo dico? Quod idolothytum sit aliquid? Aut quod idolum sit aliquid? Sed, quae immolant, daemoniis immolant et non Deo; nolo autem vos communicantes fieri daemoniis. Non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum; non potestis mensae Domini participes esse et mensae daemoniorum. An aemulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus?

“Omnia licent!”. Sed non omnia expediunt. “Omnia licent!”. Sed non omnia aedificant. Nemo quod suum est, quaerat, sed quod alterius. Omne, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam; *Domini enim est terra et plenitudo eius.*

Si quis vocat vos infidelium, et vultis ire, omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem vobis dixerit: “Hoc immolaticum est idolis”, nolite manducare, propter illum, qui indicavit, et propter conscientiam; conscientiam autem dico non tuam ipsius, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia partipo, quid blasphemor pro eo, quod gratias ago?

Sive ergo manducatis sive bibitis sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudeis et Graecis et ecclesiae Dei, sicut et ego per omnia omnibus placebo, non quaerens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

*R/ Amen.*

*Psalmus 113 (Br Goth 156)*

*Antiphona (Br Goth 156)*

(Ps 113B, 4.8.11)

Simulacula Gentium, opera manuum hominum, similes illis fiant qui faciunt ea; et omnes qui confidunt in eis. Qui autem timent Dominum, sperent in Domino; adiutor eorum, et protector eorum est.

In exitu Israel de Aegypto, \* domus Iacob de populo barbaro,

factus est Iuda sanctuarium eius, \* Israel potestas eius.

Mare vidit et fugit, \* Iordanis conversus est retrorsum; montes saltaverunt ut arietes, \* et colles sicut agni ovium.

Quid est tibi mare, quod fugisti? \* Et tu, Iordanis, quia con-versus es retrorsum?

Montes, quod saltastis sicut arietes, \* et colles, sicut agni ovium?

A facie Domini contremisce, terra, \* a facie Dei Iacob,  
qui convertit petram in stagna aquarum \* et silicem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis, + sed nomini tuo da gloriam  
\* super misericordia tua et veritate tua.

Quare dicent gentes: \* “Ubi est Deus eorum?”.

Deus autem noster in caelo, \* omnia, quaecumque voluit, fecit.  
Simulacra gentium argentum et aurum, \* opera manuum hominum.

Os habent et non loquentur, \* oculos habent et non vide-bunt.

Aures habent et non audient, \* nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt, + pedes habent et non am-bulabunt; \* non clamabunt in gutture suo.

Similes illis erunt, qui faciunt ea, \* et omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino: \* adiutorium eorum et scutum eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: \* adiutorium eorum et scutum eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: \* adiutorium eorum et scutum eorum est.

Dominus memor fuit nostri \* et benedicet nobis:  
benedicet domui Israel, \* benedicet domui Aaron,  
benedicet omnibus, qui timent Dominum, \* pusillis cum maioribus.

Adiciat Dominus super vos, \* super vos et super filios ves-tros.

Benedicti vos a Domino, \* qui fecit caelum et terram.

Caeli, caeli sunt Domino, \* terram autem dedit filiis homi-num.

Non mortui laudabunt te, Domine, \* neque omnes qui des-cendunt in silentium,  
sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Simulacra Gentium, opera manuum hominum, similes illis fiant qui faciunt ea; et omnes qui confidunt in eis. Qui autem timent Dominum, sperent in Domino; adiutor eorum, et protector eorum est.

*Oratio* (Br Goth 156)

Domine, qui sursum in caelestibus habitas,  
terrenas potestates contines et gubernas:  
da nomini tuo gloriam, da peccantibus veniam;  
quodque de tua misericordia praesumimus,  
in veritate, quod quaeramus, hauriamus,  
ut misericordia tua de Ecclesiae coetu simulacra excludat,  
et veritas ad cultus tui agnitionem dubia corda convertat:  
adice, quaesumus, Domine,  
benedictionem tuam super populum tuum,  
et super filios eorum;  
qui que timentibus te factus es salus  
in vitam perpetuam, quam promisisti, concede coronam;  
ut non peccatis mortui, a tua benedictione abiiciamur,  
sed vitae participes facti,  
nomen tuum in saecula collaudemus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 80* (Br Goth 156)

*Antiphona* (Br Goth 156)

(Ps 80, 1)

Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob

Exultate Deo adiutori nostro, \* iubilate Deo Iacob.

Sumite psalmum et date tympanum, \* psalterium iucundum  
cum cithara.

Bucinate in neomenia tuba, \* in die plenae lunae, in sollemnitate nostra.

Quia praeceptum in Israel est, \* et iudicium Deo Iacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud, + cum exiret de terra Aegypti; \* sermonem, quem non noveram, audivi:

“Diverti ab oneribus dorsum eius; \* manus eius a cophino recesserunt.

In tribulatione invocasti me et liberavi te, + exaudivi te in abscondito tempestatis, \* probavi te apud aquam Meriba.

Audi, populus meus, et contestabor te; \* Israel, utinam audias me!

Non erit in te deus alienus, \* neque adorabis deum extraneum.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, + qui eduxi te de terra Aegypti; \* dilata os tuum, et implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam, \* et Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum duritiam cordis eorum, \* ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me, \* Israel si in viis meis ambulasset!

In brevi inimicos eorum humiliassem \* et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini blandirentur ei, \* et esset sors eorum in saecula;

et cibarem eos ex adipe frumenti \* et de petra melle saturarem eos”.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Exultate Do adiutori nostro, iubilate Deo Iacob.

*Oratio* (Br Goth 156)

Tibi adiutori nostro Domino,  
 exultatione fidei et spei plaudentes oramus,  
 ut petitio nostra in tribulatione diffusa  
 tuis auribus appropinquet,  
 et necessitatum nostrarum causas insinuet:  
 tua quippe bonitas  
 singulorum precibus semper adsit, ut liberes;  
 et ereptis nobis,  
 tribue desiderii ardorem ad te pertendere,  
 et unitatem trinae maiestatis devote concorditer clamitare;  
 ut, tuis semper laudibus dediti,  
 tuarum iustificationum tramitem assecuti  
 in te quaesumus exultationis ornamenta,  
 et spei remedia et fidei acquiramus coronam.

*R/* Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui est benedictus et vivit et omnia regit  
 in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 82 (Br Goth 156)*

*Antiphona (Br Goth 156)*

(Ps 82, 19)

Cognoscant gentes quoniam nomen tibi Dominus; tu solus Altissimus super omnem terram.

Deus, ne quiescas, ne taceas, \* neque compescaris, Deus,  
quoniam ecce inimici tui fremuerunt, \* et, qui oderunt te,  
extulerunt caput.

Adversus populum tuum malignaverunt consilium \* et cogi-  
taverunt adversus eos, quos abscondisti tibi.

Dixerunt: “Venite, et disperdamus eos de gente, \* et non me-  
moretur nomen Israel ultra!”.

Quoniam cogitaverunt unanimiter, \* adversum te testamen-  
tum statuerunt:

tabernacula Idumaeorum et Ismahelitae, \* Moab et Aga-  
reni,

Gebal et Ammon et Amalec, \* Philistaea cum habitantibus  
Tyrum.

Etenim Assur sociabitur cum illis; \* facti sunt in adiutorium  
filiis Lot.

Fac illis sicut Madian et Sisarae, \* sicut Iabin in torrente  
Cison.

Disperierunt in Endor, \* facti sunt ut stercus super terram.

Pone duces eorum sicut Oreb et Zeb \* et Zebee et Salmana,  
omnes principes eorum,

qui dixerunt: \* “Hereditate possideamus pascua Dei!”.

Deus meus, pone illos ut rotam \* et sicut stipulam ante  
ventum.

Sicut ignis, qui comburit silvam, \* et sicut flamma devorans  
montes,

ita persequeris illos in tempestate tua \* et in procella tua  
turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia, \* et quaerent nomen tuum,  
Domine.

Erubescant et conturbentur in saeculum saeculi \* et confun-  
dantur et pereant;

et cognoscant quia nomen tibi Dominus: \* tu solus Altissi-  
mus super omnem terram.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Cognoscant gentes quoniam nomen tibi Dominus; tu solus Al-  
tissimus super omnem terram.

*Responsorium* (Br Goth 156-157)

(Ps 78,9; Ps 113,10)

Propitiare, Domine, peccatis nostris propter nomen tuum.

Nequando dicant in Gentibus: Ubi est Deus eorum?

V/ Adiuva nos, Deus salutaris noster,  
et propitius esto peccatis nostris.

R/ Nequando dicant in Gentibus: Ubi est Deus eorum?

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.R/ Propitiare, Domine, peccatis nostris  
propter nomen tuum.

Nequando dicant in Gentibus: Ubi est Deus eorum?

*Preces* (Br Goth 157)

Ad te clamamus, Domine.

R/ Miserere et parce populo tuo.

Sacerdotes orate; flectentes genua dicite:

R/ Miserere et parce populo tuo.

Ignosce mala, quae gessimus, et esto nobis propitius.

R/ Miserere et parce populo tuo.

Arentem terram iam respice, et imbre gratiae tribue.

R/ Miserere et parce populo tuo.

*Oratio* (OV, 743; Br Goth 157)Cognoscant gentes, Christe,  
quod nomen tibi sit Dominus,  
pro quibus es patibulo crucis appensus;  
quosque ignaviae ignorantia dedit, scientia restituat Conditori,  
ut fide convertatur conscientia, et spe laetetur in gloria.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(Ut in ordinario, in officio feriali)

*Petitio*

(Ut in ordinario, in officio feriali)

*Conclusio*

(Ut in ordinario, in officio feriali)

### Ad Sextam

*Lectio (Br Goth 157)*

(Is 31,4-9; 32,1-5)

Lectio libri Isaiae Prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus ad me:

“Quomodo si rugit leo et catulus leonis super praedam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, a voce eorum non formidabit et a multitudine eorum non pavebit, sic descendet Dominus exercituum, ut proelietur super montem Sion et super colles eius.

Sicut aves volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens et liberans, parcens et salvans”.

Convertimini ad eum, a quo penitus recesseratis, filii Israel. In die illa abiciet vir idola argentea sua et idola aurea sua, quae fecerunt vobis manus vestrae in peccatum; et cadet Assyria in gladio non viri, et gladius non hominis vorabit eum, et fugiet a facie gladii, et iuvenes eius vectigales erunt. Et fortitudo eius pree terrore transsibit, et pavebunt signum principes eius, dixit Dominus, cuius ignis est in Sion.

Ecce in iustitia regnabit rex, et principes in iudicio preeerunt. Et erit vir sicut latibulum a vento et refugium a tempestate, sicut rivi aquarum in sitiente terra et umbra petrae magnae in terra arida. Non caligabunt oculi videntium, et aures audientium diligenter auscultabunt, et cor stultorum intellegeat scientiam, et lingua balborum velociter loquetur et plane.

Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, nobilis, neque fraudulentus appellabitur maior.

*R/ Amen.*

*Psalmus 122 (Br Goth 157)*

*Antiphona (Br Goth 157)*

(Ps 122,2)

Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Ad te levavi oculos meos, \* qui habitas in caelis.

Ecce sicut oculi servorum ad manus dominorum suorum, \*  
sicut oculi ancillae ad manus dominae sua,  
ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, \* donec misereatur nostri.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri, \* quia multum repleti sumus despectione;  
 quia multum repleta est anima nostra \* derisione abundantium et despectione superborum.  
 Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

*Oratio* (Br Goth 157-158)

Ad te, Domine, oculos nostros erigimus,  
 quem caelestia,  
 et terrae machinam virtute continere fatemur.  
 Miserere igitur nostri, Domine, miserere;  
 et peccatis nostris, pro quibus te metuimus, parce:  
 ut contemptum nostrum pietati clementi respicias,  
 et a delictorum opprobio dextera nos tuae virtutis eripias.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 124* (Br Goth 158)

*Antiphona* (Br Goth 158)

(Ps 124,4)

Benefac, Domine, bonis et rectis corde.

Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: \* non commovebitur, in aeternum manet.

Ierusalem, montes in circuitu eius, + et Dominus in circuitu populi sui \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

Quia non requiescat virga iniquitatis super sortem iustorum,  
 \* ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac, Domine, bonis \* et rectis corde.

declinantes autem per vias pravas + adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. \* Pax super Israel!

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Benefac, Domine, bonis et rectis corde.

*Oratio* (Br Goth 158)

Benefac, Domine, bonis  
 et rectis corde regimen salutaris impende,  
 atque in tuae plebis custodia semper vigila,  
 et malignantium rabiem tua dextera refrena.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui est benedictus et vivit et omnia regit  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 130* (Br Goth 158)*Antiphona* (Br Goth 158)

(Ps 130, 3)

Speret Israel in Domino ex hoc nunc et usque in saeculum.

Domine, non est exaltatum cor meum, \* neque elati sunt  
 oculi mei,  
 neque ambulavi in magnis, \* neque in mirabilibus super  
 me.

Vere pacatam et quietam \* feci animam meam;  
 sicut ablactatus in sinu matris suae, \* sicut ablactatus, ita in  
 me est anima mea.

Speret Israel in Domino \* ex hoc nunc et usque in saeculum.  
 Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Speret Israel in Domino ex hoc nunc et usque in saeculum.

*Responsorium* (Br Goth 158)

(Cfr. Ps 122, 1)

Miserere quia Deus es.

*R/ Misericors miserere, quia peccavimus tibi.*

*V/ Ad te levamus oculos nostros, qui habitas in caelis.*

*R/ Misericors miserere, quia peccavimus tibi.*

Miserere quia Deus es.

*Preces* (Br Goth 158)

Ad te clamamus, Domine.

*R/ Praecamur ut exaudias.*

*V/ Audi vocem supplicum, et da vitae remedium.*

*R/ Praecamur ut exaudias.*

*V/ Causas peccati amove, et da locum veniae.*

*R/ Praecamur ut exaudias.*  
*V/ Da nobis auxilium, qui tollis peccatum.*  
*R/ Praecamur ut exaudias.*  
*V/ Audi Deus viduas, et orphanorum lachrymas.*  
*R/ Praecamur ut exaudias.*

*Completuria (Br Goth 158)*

Exalta cornu nostrum, Domine,  
fidei catholicae merito;  
ne maculetur mens superbiae morbo,  
gressusque nostros  
super mundi huius latitudine tribue ambulare:  
ne noxii incedamus in compedes,  
sed humiliter sentiendo,  
ad plenitudinem spei nobis condones properare.  
*R/ Amen.*  
Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Benedictio (Br Goth 955)*

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.  
*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.  
*R/ Et cum spiritu tuo.*

Salutare tuum, Domine, famulis tuis tribuere dignare.  
*R/ Amen.*  
Orationes suscipe, petitiones supple, et peccata dimitte.  
*R/ Amen.*  
A languoribus cura, et fidelium pectora  
a delictorum maculis purga.  
*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

### Ad nonam

*Lectio* (Br Goth 158)

(Prv 3,27-34)

Lectio Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, noli prohibere beneficium ab eo, cui debetur, si in potestate manus tuae est, ut facias.

Ne dicas amico tuo: “Vade et revertere, cras dabo tibi”, cum statim possis dare, ignorans quid superventura pariat dies.

Ne molaris amico tuo malum, cum ille apud te sedeat cum fiducia.

Ne contendas adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit.

Ne aemuleris hominem iniustum, nec imiteris omnes vias eius, quia abominatio Domini est omnis pravus, et cum simplicibus sacietas eius.

Maledictio a Domino in domo impii, habitacula autem iustorum bendicentur.

Ipse deludet illusores, et mansuetis dabit gratiam.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 158-159)

(Ex 32, 30-35; 33, 1-7)

Lectio libri Exodi.

*R/ Deo gratias.*

In diebus illis: Locutus est Moyses ad populum: “Peccatis peccatum maximum; ascendam ad Dominum, si quo modo quivero eum deprecari pro scelere vestro”. Reversusque ad Dominum ait: “Obsecro, peccavit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos; aut dimitte eis hanc noxam aut, si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti”. Cui respondit Dominus: “Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo. Tu autem vade et duc populum istum, quo locutus sum tibi: angelus meus praecedet te; ego autem in die ultionis visitabo et hoc peccatum eorum”.

Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

Locutusque est Dominus ad Moysen: “Vade, ascende de loco isto tu et populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti in terram, quam iuravi Abraham, Isaac et Iacob dicens: Semini tuo dabo eam. Et mittam praecursorem tui angelum, et eiciam Chananaeum et Amoraeum et Hetthaeum et Pherezaeum et Hevaeum et Iebusaeum, et

intres in terram fluentem lacte et melle. Non enim ascendam tecum, quia populus durae cervicis es, ne forte disperdam te in via". Audiens populus sermonem hunc pessimum luxit, et nullus ex more indutus est cultu suo.

Dixitque Dominus ad Moysen: "Loquere filiis Israel: Populus durae cervicis es; uno momento si ascendam in medio tui, delebo te. Nunc autem depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi". Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum a monte Horeb.

Moyses autem tollens tabernaculum tetendit ei extra castra procul; vocavitque nomen eius tabernaculum conventus.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 159)

(Is 46,3-11)

Lectio libri Isaiae Prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: Audite me, domus Iacob et omne residuum domus Israel, qui portamini ab utero, qui gestamini a vulva.

Usque ad senectam ego ipse, et usque ad canos ego portabo; et ego feci et ego feram, ego portabo et salvabo.

Cui assimilatis me et adequatis et comparatis me, et erimus similes?

Qui effundunt aurum de sacculo et argentum statera ponderant, conducunt aurificem, ut faciat deum, et procidunt et adorant.

Portant illum in umeris gestantes et ponentes in loco suo; et stabit ac de loco suo non movebitur; sed et si quis clamat ad eum, non respondet; de tribulatione eius non salvabit eum.

Mementote istud et confundamini; redite, praevaricatores, ad cor.

Recordamini prioris saeculi, quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei.

Annuntians ab exordio novissimum, et ab initio, quae nondum facta sunt, dicens: "Consilium meum stabit et omnem voluntatem meam faciam".

Vocans ab oriente avem rapacem et de terra longinqua vi- rum consilii mei; et locutus sum et adducam illud, decrevi et faciam illud.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 159-160)

(2 Cor 6, 11-18; 7,1)

Sequentia epistolae Pauli Apostoli ad Corinthios secundae.

*R/ Deo gratias.*

Fratres: Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatum est. Non angustiamini in nobis, sed angustiamini in visceribus vestris; eandem autem habentes remunerationem, tamquam filiis, dico, dilatamini et vos.

Nolite iugum ducere cum infidelibus! Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? Aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conventio Christi cum Beliar, aut quae pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi; sicut dicit Deus: “*Inhabitabo in illis et in ambulabo et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Propter quod *exite de medio eorum et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis; et ego recipiam vos et ero vobis in Patrem,* et vos eritis *mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens*”.

Has igitur habentes promissiones, carissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

*R/ Amen.*

*Psalmus 134 (Br Goth 160)*

*Antiphona (Br Goth 160)*

(Ps 134, 6-7a)

Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo, et in terra, in mari, et in abyssis, educens nubes ab extremo terrae.

Laudate nomen Domini, \* laudate, servi Domini,  
qui statis in domo Domini, \* in atriis domus Dei nostri.

Laudate Dominum, quia bonus Dominus; \* psallite nomini eius, quoniam suave.

Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, \* Israel in peculium sibi.  
Quia ego cognovi quod magnus est Dominus \* et Deus noster prae omnibus diis.

Omnia, quaecumque voluit. + Dominus fecit in caelo et in terra, \* in mari et in omnibus abyssis.

Adducens nubes ab extremo terrae, + fulgura in pluviam facit, \* producit ventos de thesauris suis.

Qui percussit primogenita Aegypti \* ab homine usque ad pecus.

Misit signa et prodigia in medio tui, Aegypte, \* in pharaonem et in omnes servos eius.

Qui percussit gentes multas \* et occidit reges fortes:

Sehon regem Amoraeorum et Og regem Basan \* et omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum hereditatem, \* hereditatem Israel populo suo.

Domine, nomen tuum in aeternum; \* Domine, memoriale tuum in generationem et generationem.

Quia iudicabit Dominus populum suum \* et servorum suorum miserebitur.

Simulacra gentium argentum et aurum, \* opera manuum hominum:

os habent et non loquentur; \* oculos habent et non videbunt;

aures habent et non audient; \* neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis erunt, qui faciunt ea, \* et omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel, benedicite Domino; \* domus Aaron, benedicite Domino;

domus Levi, benedicite Domino; \* qui timetis Dominum, benedicite Domino.

Benedictus Dominus ex Sion, \* qui habitat in Ierusalem.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo, et in terra, in mari, et in abyssis, educens nubes ab extremo terrae.

#### *Oratio* (Br Goth 160)

Domine, qui educens nubes ab extremo terrae,  
orbem universum sanctum replesti doctoribus,  
fulgura in pluviam converte misericors,  
ut praeceptis tuis, quibus famulos tuos,  
ut corrigas, terres, bendicendo reficias,  
tuaque repletos gratia uberioris benedicas.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

#### *Psalmus 76* (Br Goth 160)

#### *Antiphona* (Br Goth 160)

(Ps 76, 14b-15a)

Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabilia solus.

Voce mea ad Dominum clamavi; \* voce mea ad Deum, et intendit mihi.

In die tribulationis meae Deum exquisivi, + manus meae nocte expansae sunt \* et non fatigantur.

Renuit consolari anima mea; + memor sum Dei et ingemisco,  
\* exerceor, et deficit spiritus meus.

Vigiles tenuisti palpebras oculi mei; \* turbatus sum et non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos \* et annos aeternos in mente habui.

Meditatus sum nocte cum corde meo \* et exercitabar, et scopebam spiritum meum.

Numquid in aeternum proiciet Deus, \* aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Aut deficiet in finem misericordia sua, \* cessabit verbum a generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus, \* aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi: "Hoc vulnus meum, \* mutatio dexteræ Excelsi".

Memor ero operum Domini, \* memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis \* et in adinventionibus tuis exercebor.

Deus, in sancto via tua; \* quis deus magnus sicut Deus noster?

Tu es Deus, qui facis mirabilia, \* notam fecisti in populis virtutem tuam.

Redemisti in brachio tuo populum tuum, \* filios Iacob et Ioseph.

Viderunt te aquae, Deus, + viderunt te aquae et doluerunt; \* etenim commota sunt abyssi.

Effuderunt aquas nubila, + vocem dederunt nubes, \* etenim sagittae tuae transeunt.

Vox tonitrii tui in rota; + illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae, \* commota est et contremuit terra.

In mari via tua et semitiae tuae in aquis multis; \* et vestigia tua non cognoscuntur.

Deduxisti sicut oves populum tuum \* in manu Moysi et Aaron.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis miracibia solus.

*Oratio* (Br Goth 160)

Precamur, Domine, ut tua nos non repellas propitiatione;  
 sed obtainenda misericordiae adhuc tempus appone,  
 ut dextera quae fuit vindex in ultione facinorum,  
 ipsa sit nobis contritis remedium sempiternum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui est benedictus et vivit et omnia regit  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 96* (Br Goth 160)*Antiphona* (Br Goth 160)

(Ps 96, 10)

Qui diligitis Dominum, odite malum.

Dominus regnavit! Exultet terra, \* laetentur insulae multae.  
 Nubes et caligo in circuitu eius, \* iustitia et iudicium firma-  
 mentum sedis eius.

Ignis ante ipsum praecedet \* et inflammabit in circuitu ini-  
 micos eius.

Illustrarunt fulgura eius orbem terrae: \* vidit et contremuit  
 terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, \* a facie Domini  
 omnis terra.

Annuntiaverunt caeli iustitiam eius, \* et viderunt omnes po-  
 puli gloriam eius.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia + et qui glorian-  
 tur in simulacris suis. \* Adorate eum, omnes angeli eius.

Audivit et laetata est Sion, + et exultaverunt filiae Iudee \*  
 propter iudicia tua, Domine.

Quoniam tu Dominus, Altissimus super omnem terram, \* ni-  
 mis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum odite malum; + custodit ipse animas  
 sanctorum suorum, \* de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto, \* et rectis corde laetitia.

Laetamini, iusti, in Domino \* et confitemini memoriae sanc-  
 titatis eius.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Qui diligitis Dominum, odite malum.

*Preces* (Br Goth 160)

Averte, Domine, iram furoris tui,  
et miseratus parce populo tuo.  
*R/ Et miserere.*  
*V/ Omnia precibus pium auditum praebe,*  
*teque rogamus sancte, cito concede.*  
*R/ Et miserere.*  
*V/ Tu, Christe, flebiles gemitus intuere,*  
*vincula mortis solve, et vitam largire.*  
*R/ Et miserere.*  
*V/ Iam vide lacrimas, intellige lugentes;*  
*tandem delicta nostra clemens ignosce.*  
*R/ Et miserere.*  
*V/ Nullus ex nobis est, quem audias libenter,*  
*tu propter temetipsum, Christe, succurre,*  
*R/ Et miserere.*

*Completuria* (Br Goth 160)

Deus, cuius in regno credentium terra exultat,  
cuius iustitiam caeli annuntiant,  
cuius dominationem Angelorum dominationes adorant;  
custodi servorum tuorum animas:  
ac ne peccati auctorem sequentes, intereamus,  
tu libera, tu protege, tu conserva:  
ut, cum ante faciem tuam ignis comburens praeierit,  
non nos meritorum poena exurendos accipiat,  
sed clementia creatoris, ut vivamus, eripiat.  
*R/ Amen.*  
 Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*  
*(Ut in ordinario, in officio feriali)*

*Vespertinum* (Br Goth 161)  
(Cfr. Ps 54, 18)  
Vespere, mane, et meridie te laudamus, Domine.

*Psalmus 27* (Br Goth 161)  
*Antiphona* (Br Goth 161)  
(Ps 27,9)  
Salva plebem tuam, Domine, et benedic hereditatem tuam.

Ad te, Domine, clamabo; \* Deus meus, ne sileas a me.  
Nequando taceas a me, \* et assimilabor descendantibus in lacum.  
Exaudi vocem deprecationis meae, dum clamo ad te, \* dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.  
Ne simul trahas me cum peccatoribus \* et cum operantibus iniquitatem.  
Qui loquuntur pacem cum proximo suo, \* mala autem in cordibus eorum.  
Da illis secundum opera eorum \* et secundum adinventionum ipsorum.  
Secundum opus manuum eorum tribue illis, \* redde retributionem eorum ipsis.  
Quoniam non intellexerunt opera Domini + et opus manuum eius, \* destruet illos et non aedificabit eos.  
Benedictus Dominus, + quoniam exaudivit vocem deprecationis meae; \* Dominus adiutor meus et protector meus, in ipso speravit cor meum, et adiutus sum, + et exultavit cor meum, \* et in cantico meo confitebor ei.  
Dominus fortitudo plebi suae \* et refugium salvationum christi sui est.  
Salvum fac populum tuum et benedic hereditati tuae \* et pasce eos et extolle illos usque in aeternum.  
Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Salva plebem tuam, Domine, et benedic hereditatem tuam.

*Antiphona* (Br Goth 161)

(Ps 84, 8; Ps 118, 42)

Veniat super nos, Domine, misericordia tua;  
et salutare tuum, et eloquium tuum.

V/ Et respondebo exprobrantibus mihi verbum;  
quia speravi in sermonibus tuis.

R/ Et eloquium tuum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et eloquium tuum.

*Hymnus* (Br Goth 152; L5, 1153)

Benigitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Maestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
maestas genas inducimus.

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetrum vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemus omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira maestos sorbeat,  
non poena fessos conterat:  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Versus**Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem sanctae Mariae  
Virginis Genitricis suae  
in sacro sancto ieunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison. Kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 152-153)

Dilectissimi fratres,  
qui omnia idola gentium  
cum Psalmista daemonia esse creditis;  
illorum, quaeso,  
ut ritus et monstruos actus omnino respuamus:  
et si aliquem ex Ecclesiae filiis talia,  
aut agere aut delectari prospicitis,  
vestra admonitione corripite,  
et ad viam salutis ab erroribus revocate;  
ut verba dominicae orationis,  
quae ipso Domino docente didicistis,

et simul mecum et cum illis  
proclamare liberi possitis e terris dicentes:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriale*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriale*)

*Benedictio* (Br Goth 153)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Christus Dominus, qui cum Patre, et Spiritu Sancto,  
unus extat conditor et annorum et temporum;  
ipse in initio huius anni  
vestrum acceptare dignetur ieunium.

*R/ Amen.*

Sit vobis semper ductor,  
qui extitit totius mundi Redemptor.

*R/ Amen.*

Ut, cuius in nativitate solemnia iam strenue peregistis,  
apparitionis festa etiam cum gaudio celebretis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/. Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 153)

(Is 35,1; Ps 99,2)

Alleluia, laetabitur deserta et invia, et exultabit solitudo.

Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.

*V/* Iubilate Deo omnis terra, servite Domino in laetitia.

*R/* Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.

*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/* Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 161)

Domine, exaudi orationem nostram,

et clamor noster ad te remoto impedimento perveniat:  
 quocumque autem die te invocamus,  
 velociter tibi nostra patescat oratio;  
 ne avertas faciem tuam a gemitibus,  
 nec gubernationem tuam a nostris cohubeas moribus:  
 ut gratulemur adipisci postulata,  
 dum ad te nostra pervenerint desideria.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

**In secundo die**

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona Antiphona* (Br Goth 150, 233)

(Ps 3, 4)

Tu autem, Domine, susceptor meus, et gloria mea, et exaltans  
 caput meum.

(*Psalmus ut in ordinario, in officio feriali*)

*Ant.* Tu autem, Domine, susceptor meus, et gloria mea, et exaltans  
 caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 819; Br Goth 150)

Quamvis, Domine, plurima malignantium multitudine abneget  
 salutem nostram esse in te Domino Deo nostro;  
 nobis tamen ob hoc robur spei multum augetur,  
 quia tu susceptor noster esse dignatus es:  
 obstruatur itaque os loquentium iniqua,  
 cum sperantes in te misericordia circumdat assidua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa*

*Psalmus 47 (Br Goth 161)*

*Antiphona (Br Goth 161)*

(Ps 47, 2)

Magnus Dominus et laudabilis nimis.

Magnus Dominus et laudabilis nimis \* in civitate Dei nostri.

Mons sanctus eius collis speciosus, \* exultatio universae terrae.

Mons Sion, extrema aquilonis, \* civitas regis magni.

Deus in domibus eius notus \* factus est ut refugium.

Quoniam ecce reges congregati sunt, \* convenerunt in unum.

Ipsi cum viderunt, sic admirati sunt, \* conturbati sunt, diffugerunt;

illic tremor apprehendit eos, \* dolores ut parturientis.

In spiritu orientis \* conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, + in civitate Dei nostri; \* Deus fundavit eam in aeternum.

Recogitamus, Deus, misericordiam tuam \* in medio templi tui.

Secundum nomen tuum, Deus, + sic et laus tua in fines terrae; \* iustitia plena est dextera tua.

Laetetur mons Sion, + et exultent filiae Iudae \* propter iudicia tua.

Circumdate Sion et complectimini eam, \* numerate turres eius.

Ponite corda vestra in virtute eius + et percurrite domos eius, \* ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster + in aeternum et in saeculum saeculi; \* ipse ducet nos in saecula.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Magnus Dominus et laudabilis nimis.

*Oratio (Br Goth 161)*

Magne Domine, valdeque laudabilis,

dilata in omnes fidem Ecclesiae tuae;

ut in cuius gradibus Deus agnosceris,

in ea etiam plena devotione fidelium devotione lauderis:

eiisque preces propitius suscipe,  
 et inter saeculi procellas sollicitos gubernator custodi;  
 ut civitatem, quam fundasti in saecula,  
 misericordia tua introeuntes,  
 suscipiamur in illa, narrantes in turribus mirabilia tua.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam tuam, Deus noster,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 73 (Br Goth 161)*

*Antiphona (Br Goth 161)*

(Ps 73,2)

Memento congregationis, Domine, quam creasti ab initio.

Ut quid, Deus, reppulisti in finem, \* iratus est furor tuus  
 super oves pascuae tuae?

Memor esto congregationis tuae, \* quam possedisti ab ini-  
 tio.

Redemisti virgam hereditatis tuae, \* mons Sion, in quo ha-  
 bitasti.

Leva gressus tuos in ruinas sempiternas: \* omnia vastavit  
 inimicus in sancto.

Rugierunt, qui oderunt te, in medio congregationis tuae; \*  
 posuerunt signa sua in signa.

Visi sunt quasi in altum securim vibrantes \* in silva condensa.  
 Exciderunt ianuas eius in idipsum; \* in securi et ascia deie-  
 cerunt.

Incenderunt igni sanctuarium tuum, \* in terram polluerunt  
 tabernaculum nominis tui;  
 dixerunt in corde suo: “Opprimamus eos simul”. \* Combus-  
 serunt omnes congregationes Dei in terra.

Signa nostra non vidimus, + iam non est propheta, \* et apud  
 nos non est qui cognoscat amplius.

Usquequo, Deus, improperabit inimicus, \* spernet adversa-  
 riis nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam \* et tenes dexteram tuam in  
 medio sinu tuo?

Deus autem rex noster ante saecula, \* operatus est salutes in  
 medio terrae.

Tu considisti in virtute tua mare, \* contribulasti capita dra-  
 conum in aquis.

Tu confregisti capita Leviathan, \* dedisti eum escam monstros maris.  
 Tu dirupisti fontes et torrentes; \* tu siccasti fluvios perennes.  
 Tuus est dies et tua est nox, \* tu fabricatus es luminaria et solem.  
 Tu statuisti omnes terminos terrae, \* aestatem et hiemen, tu plasmasti ea.  
 Memor esto huius: + inimicus improperavit Domino, \* et populus insipiens sprevit nomen tuum.  
 Ne tradas bestiis animas confitentes tibi \* et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.  
 Respice in testamentum, \* quia repleta sunt latibula terrae tentoriis violentiae.  
 Ne revertatur humilis factus confusus; \* pauper et inops laudabunt nomen tuum.  
 Exurge, Deus, iudica causam tuam; + memor esto impropterum tuorum, \* quae ab insidente fiunt tota die.  
 Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum; \* tumultus adversariorum tuorum ascendit semper.  
 Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Memento congregationis, Domine, quam creasti ab initio.

*Oratio* (Br Goth 161)

Memento, Domine, congregationis tuae  
 quam ab initio creasti,  
 quamque mirabiliter ac misericorditer  
 tui sanguinis pretio redemisti;  
 qui hanc ipsam in possessionem tuam, de Gentibus elegisti.  
 Libera, ergo, virgam hereditatis tuae  
 a suplantatoris incuribus,  
 ac sic eam rege iustificando praesenti in saeculo,  
 ut ipsam hereditet in saeculo post futuro,  
 et quae regnum tuum advenire divina traditione exorat;  
 ad idem regnum, indulto piaculo,  
 hereditaria successione perveniat.

*R/* Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 101* (Br Goth 161)

*Antiphona* (Br Goth 161)

(Cfr. Ps 101,2-3)

Clamor noster ad te perveniat; et ne avertas faciem tuam a me.

Domine, exaudi orationem meam, \* et clamor meus ad te venniat.

Non abscondas faciem tuam a me; + in quacumque die tribulor, \* inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, \* velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, \* et ossa mea sicut crenum aruerunt.

Percussum est ut fenum et aruit cor meum, \* etenim oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei \* adhaesit os meum carni meae.

Similis factus sum pellicano solitudinis, \* factus sum sicut nycticorax in ruinis.

Vigilavi \* et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, \* exardescentes in me per me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam \* et potum meum cum fletu miscebam,

a facie irae et increpationis tuae, \* quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt, \* et ego sicut fenum arui.

Tu autem, Domine, in aeternum permanes, \* et memoriale tuum in generationem et generationem.

Tu exurgens misereberis Sion, + quia tempus miserendi eius, \* quia venit tempus,

quoniam placuerunt servis tuis lapides eius \* et pulveris eius miserentur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, \* et omnes reges terrae gloriam tuam,

quia aedificavit Dominus Sion \* et apparuit in gloria sua.

Respexit in orationem inopum \* et non sprevit precem eorum.

Scribantur haec pro generatione altera, \* et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sanctuario suo, \* Dominus de caelo in terram aspexit,

ut audiret gemitus compeditorum, \* ut solveret filios mortis;

ut annuntient in Sion nomen Domini \* et laudem eius in Ierusalem,

cum congregati fuerint populi in unum \* et regna, ut serviant Domino.

Humiliavit in via virtutem meam, \* abbreviavit dies meos.

Dicam: “Deus meus, + ne auferas me in dimidio dierum meorum; \* in generationem et generationem sunt anni tui.

Initio terram fundasti; \* et opera manuum tuarum sunt caeli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes; + et omnes sicut vestimentum veterascent, \* et sicut opertorium mutabis eos, et mutantur.

Tu autem idem ipse es, \* et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt, \* et semen eorum in conspectu tuo firmabitur”.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Clamor noster ad te perveniat; et ne avertas faciem tuam a me.

*Oratio* (Br Goth 161)

Domine, exaudi orationem nostram,  
et clamor noster ad te, remoto impedimento, perveniat:  
quocumque autem die te invocamus,  
velociter tibi nostra patescat oratio;  
nec avertas faciem tuam a gemitibus,  
nec gubernationem tuam a nostris cohubeas moribus,  
ut gratulemur adipisci postulata,  
dum ad te nostra pervenerint desideria.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (Br Goth 161-162)

(Cfr Is 60, 19)

Ierusalem, erit tibi Dominus lux aeterna,  
et Deus honor tuus non enim in hoc casu tibi veniet,  
sol et luna non deficient.

*R/ In aeternum tempus.*

*V/ Ierusalem, non erit tibi sol amplius  
ad lucendum per diem,  
nec splendor lunae illuminabit te in nocte;  
sed erit tibi Dominus in luce.*

*R/ In aeternum tempus.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ In aeternum tempus.*

*Psalmus L*

*Antiphona* (Br Goth 162)

(Ps 50, 11).

Averte faciem tuam a peccatis meis; et omnes iniquitates meas dele.

(*Ut in ordinario, in officio feriali*

*Ant.* Averte faciem tuam a peccatis meis; et omnes iniquitates meas dele.

*Oratio* (Br Goth 151)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, Domine,  
et omnes iniquitates nostras dele;  
remove ab oculis tuis  
malarum nostrarum facinus voluptatum,  
nostraenque confessioni clementer tuum appone auditum:  
miserere, quaesumus, rogantibus nobis,  
qui propitius respicis in adversis,  
et qui desperatis cor paenitens tribuis,  
confessionibus nostris gloriae tuae praesta subsidium.  
Sed quia publicanus a longe stans,  
et percutiens pectus suum, sola confessione purgatus est;  
similiter, et nos peccatores exaudi;  
ut sicut illi meritos petitionis sua fructus donasti,  
ita et nobis supplicantibus indignis servis tuis  
veniam digneris impendi peccatis.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis tuae, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 162)

(Num 23, 7-10, 18b-24)

*Antiphona* (Br Goth 162)

(Num 23, 19)

Non est Deus sicut homo, ut mentiatur; nec ut filius hominis  
ut immutetur.

“De Aram adduxit me Balac, \* rex Moabitarum de montibus orientis:

“Veni, inquit, et maledic pro me Iacob; \* propera et detestare Israel!”.

Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? \* Qua ratione detester, quem Deus non detestatur?

De summis silicibus video eum \* et de collibus considero illum:

populus solus habitabit \* et inter gentes non reputabitur.

Et quis dinumerare possit pulverem Iacob \* et quis numeravit arenam Israel?

Moriatur anima mea morte iustorum, \* et fiant novissima mea horum similia”

“Surge, Balac, et ausculta, \* audi, fili Sephor.

Non est Deus quasi homo, ut mentiatur \* nec ut filius hominis, ut mutetur.

Numquid dixit et non faciet? \* Locutus est et non implebit?  
Ad benedicendum adductus sum, \* benedictionem prohibere non valeo.

Non conspicitur malum in Iacob, \* nec videtur calamitas in Israel.

Dominus Deus eius cum eo est, \* et clangor regis in illo.

Deus eduxit illum de Aegypto, \* sicut cornua bubali est ei.

Non est augurium in Iacob \* nec divinatio in Israel.

Temporibus suis dicetur Iacob et Israeli \* quid operatus sit Deus.

Ecce populus ut leaena consurget, \* et quasi leo erigetur;  
non accubabit, donec devoret praedam \* et occisorum sanguinem bibat”.

Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Non est Deus sicut homo, ut mentiatur; nec ut filius hominis ut immutetur.

#### *Oratio de cantico(Br Goth 162, 181-182)*

Tu es, Domine, stella veritatis oriens ex Iacob,  
homoque consurgens ex Israel:  
et novo sidere ostenderis Deus,  
et praesepio positus Deus et homo  
unus crederis Christus.

Propter magnam ergo misericordiam tuam,  
visionis tuae horum proroga gratiam;  
appareat in nos lucis tuae radiabile signum,

quod expellat omnes tenebras vitiorum;  
et qui visionis tuae desiderio anhelamus,  
visionis tuae praemio consolemur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus matutinarius* (Br Goth 162-163)

(2 Sam 23,4; Ps 62,2)

Lux aurorae oriente sole mane; absque nubibus rutilat.

*V/ Deus misereatur nobis, et benedicat nos;*  
illuminet Dominus vultum suum super nos.

*R/ Absque nubibus rutilat.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Absque nubibus rutilat.*

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 163; L5, 1208)

(Cfr. Ps 19, 7)

In potentatibus eius, laudate eum.

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Ant.* In potentatibus eius, laudate eum.

*Lectio* (Br Goth 163)

(Is 2, 10-22)

Lectio libri Isaiae prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: Ingredere in petram, abscondere in pulvere a facie timoris Domini et a gloria maiestatis eius.

Oculi sublimes hominis humiliabuntur, et incurvabitur altitudo virorum; exaltabitur autem Dominus solus in die illa.

Quia dies Domini exercituum super omnem superbum et excelsum et super omnem arrogantem, et humiliabitur; et super omnes cedros Libani sublimes et erectas et super omnes quercus Basan et super omnes montes excelsos et super omnes colles elevatos et super omnem turrim excelsam et super omnem murum munitum et super omnes naves Tharsis et super omnia navigia pulchra.

Et incurvabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum; et elevabitur Dominus solus in die illa, et idola penitus conterentur.

Et introibunt in speluncas petrarum et in voragini terrae a facie formidinis Domini et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

In dei illa proicet homo idola sua argentea et simulacra sua aurea, quae fecerat sibi, ut adoraret, ad talpas et vespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarum et cavernas saxorum a facie formidinis Domini et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius. Quanti enim aestimabitur ipse?

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 152; L5, 1153)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Maestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
maestas genas inducimus

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetrum vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemus omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira maestos sorbeat,  
non poena fessos conterat:  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum.  
*Amen.*

*Versus*

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem sanctae Mariae  
Virginis Genitricis suae,  
in sacro sancto ieiunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*  
*Kyrie eleison.*  
*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 152-153)

Dilectissimi fratres,  
qui omnia idola gentium  
cum Psalmista daemonia esse creditis;  
illorum, quaeso,  
ut ritus et monstruos actus omnino respuamus:  
et si aliquem ex Ecclesiae filiis talia,  
aut agere aut delectari prospicitis,  
vestra admonitione corripite,  
et ad viam salutis ab erroribus revocate;  
ut verba dominicae orationis,  
quae ipso Domino docente didicistis,  
et simul mecum et cum illis  
proclamare liberi possitis e terris dicentes:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 153)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.  
*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.  
*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus, qui cum Patre, et Spiritu Sancto  
unus extat Conditor et annorum et temporum;  
ipse in initio huius anni  
vestrum acceptare dignetur ieiunium.

*R/ Amen.*  
Sit vobis semper ductor,  
qui extitit totius mundi Redemptor.  
*R/ Amen.*  
Ut, cuius in nativitate solemnia iam strenue peregistis,  
apparitionis festa etiam cum gaudio celebretis.  
*R/ Amen.*  
Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,

qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (Br Goth 153)

(Is 35,1; Ps 99,2)

Alleluia, laetabitur deserta et invia, et exultabit solitudo.

Et florebit quasi lilyum, alleluia, alleluia.

*V/ Iubilate Deo omnis terra, servite Domino in laetitia.*

*R/ Et florebit quasi lilyum, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et florebit quasi lilyum, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 161)

Magne Domine valdeque laudabilis,  
dilata in omnes fidem Ecclesiae tuae:  
ut in cuius gradibus Deus agnosceris,  
in ea etiam plena fidelium devotione lauderis:  
eiusque preces propitius suscipe;  
et inter saeculi procellas sollicitos gubernator custodi,  
ut civitatem, quam fundasti in saecula,  
misericordia tua introeuntes,  
suscipiamur in illa, narrantes in turribus mirabilia tua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

**Ad tertiam**

*Lectio* (Br Goth 163)

(Prov 21, 13-21)

Lectio proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili: qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse  
clamabit, et non exaudietur.

Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indigationem maximam.

Gaudium iusto est facere iudicium, et ruina operantibus iniqutatem.

Vir, qui erraverit a prudentiae, in coetu umbrarum commorabitur.

Qui diligit convivia, in egestate erit; qui amat vinum et pingua, non ditabitur.

Redemptio pro iusto impius, et pro rectis iniquus.

Melius est habitare in terra deserta quam cum muliere rixosa et iracunda.

Thesaurus desiderabilis et pinguis in habitaculo sapientis, et imprudens homo dissipabit illum.

Qui sequitur iustitiam et misericordiam, inveniet vitam et iustitiam et gloriam.

*R/ Amen.*

*Lectio (Br Goth 163-164)*

(Dt 5, 1-11.16-21; 6,1-3)

Lectio libri Deuteronomii.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus: Vocavitque Moyses omnem Israelem et dixit ad eos: "Audi, Israel, praecepta atque iudicia, quae ego loquor in auribus vestris hodie; discite ea et opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum foedus in Horeb. Non cum patribus nostris init pactum hoc sed nobiscum, qui in praesentiarum hic sumus, omnibus nobis, qui vivimus. Facie ad faciem locutus est vobis in monte de medio ignis; ego sequester et medius fui inter Dominum et vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba eius; timuistis enim ignem et non ascendistis in montem. Et ait:

"Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis. Non habebis deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile nec similitudinem omnium, quae in caelo sunt desuper et quae in terra deorsum et quae versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea et non coles: Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus aemulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his, qui oderunt me, et faciens misericordiam in multa milia diligentibus me et custodientibus praecepta mea.

Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit. Honora patrem tuum et matrem, sicut praecepit tibi Dominus Deus tuus, ut

longo vivas tempore et bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus datus est tibi.

Non occides. Neque moechaberis. Furtumque non facies. Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Nec concupisces uxorem proximi tui, nec desiderabis domum proximi tui, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa quae illius sunt”.

Haec sunt mandata et praecepta atque iudicia, quae mandauit Dominus Deus vester, ut docerem vos, et faciatis ea in terra, ad quam transgredimini possidendam; ut timeas Dominum Deum tuum et custodias omnia praecepta et mandata eius, quae ego praecepio tibi et filiis ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitae tuae, ut prolongentur dies tui. Audi, Israel, et observa, ut facias, et bene sit tibi, et multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte et melle manantem.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 164-165)

(Ez 18, 1-9)

Lectio libri Ezechielis prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Et factus est sermo Domini ad me dicens: “Quid est vobis quod vulgo dicitis proverbium istud in terra Israel dicentes: “Patres comedenter uvam acerbam, et dentres filiorum obstupescunt”?

Vivo ego, dicit Dominus Deus, non dicetis ultra hoc proverbium in Israel. Ecce omnes animae meae sunt: ut anima patris, ita et anima filii mea est; anima, quae peccaverit, ipsa morietur.

Et vir, si fuerit iustus et fecerit iudicium et iustitiam, in montibus non comedenter et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel et uxorem proximi sui non violaverit et ad mulierem mens-truatam non acceserit et hominem non afflixerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit et nudum operuerit vestimento, ad usuram non commodaverit et fenus non acceperit, ab iniestate averterit manum suam, iudicium verum fecerit inter virum et virum, in praeceptis meis ambulaverit et iudicia mea custodierit, ut faciat veritatem, hic iustus est, vita vivet, ait Dominus Deus.”

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 165)

(1 Cor, 7,40b; 8; 9,1-2)

Sequentia epistolae Pauli Apostoli ad Corinthios prima.

R/ Deo gratias.

Fratres: Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeo.

De idolothytis autem, scimus quia omnes scientiam habemus.

Scientia inflat, caritas vero aedificat. Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat eum scire; si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De esu igitur idolothitorum, scimus quia nullum idolum est in mundo et quod nullus deus nisi Unus. Nam et si sunt, qui dicantur dii sive in caelo sive in terra, siquidem sunt dii multi et domini multi, nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia et nos in illum, et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum.

Sed non in omnibus est scientia; quidam autem consuetudine usque nunc idoli quasi idolithytum manducant, et conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo; neque si non manducaverimus, deficiemus, neque si manducaverimus, abundabimus. Videte autem, ne forte haec licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma, aedificabitur ad manducandum idolothyta? Peribit enim infirmus in tua scientia, frater, propter quem Christus mortuus est! Sic autem peccantes in fratres et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem.

Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne Iesum Dominum nostrum vidi? Non opus meum vos estis in Domino? Si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum; nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino.

R/ Amen.

*Psalmus 113* (Br Goth 165)*Antiphona* (Br Goth 165)

(Is 2,10; Ps 95,13)

Idola gentium iam non erunt a facie timoris Domini, et a maiestate virtutis eius, quoniam venit.

In exitu Israel de Aegypto, \* domus Iacob de populo barbaro,  
factus est Iuda sanctuarium eius, \* Israel potestas eius.

Mare vidit et fugit, \* Iordanis conversus est retrorsum;  
montes saltaverunt ut arietes, \* et colles sicut agni ovium.

Quid est tibi, mare, quod fugisti? \* Et tu, Iordanis, quia con-versus es retrorsum?

Montes, quod saltastis sicut arietes, \* et colles, sicut agni ovium?

A facie Domini contremisce terra, \* a facie Dei Iacob,  
qui convertit petram in stagna aquarum \* et silicem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis, + sed nomini tuo da gloriam  
\* super misericordia tua et veritate tua.

Quare dicent gentes: \* “Ubi est Deus eorum?”

Deus autem noster in caelo, \* omnia, quaecumque voluit, fe-cit.

Simulacra gentium argentum et aurum, \* opera manuum ho-minum.

Os habent et non loquentur, \* oculos habent et non vide-bunt.

Aures habent et non audient, \* nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt, + pedes habent et non am-bulabunt; \* non clamabunt in gutture suo.

Similes illis erunt, qui faciunt ea, \* et omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino: \* adiutorium eorum et scutum eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: \* adiutorium eorum et scutum eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: \* adiutorium eorum et scutum eorum est.

Dominus memor fuit nostri \* et benedicet nobis:  
benedicet domui Israel, \* benedicet domui Aaron,  
benedicet omnibus, qui timent Dominum, \* pusillis cum maioribus.

Adiciat Dominus super vos, \* super vos et super filios vestros.  
Benedicti vos a Domino, \* qui fecit caelum et terram.

Caeli, caeli sunt Domino, \* terram autem dedit filiis homi-num.

Non mortui laudabunt te, Domine, \* neque omnes, qui des-cendunt in silentium,  
sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Idola gentium iam non erunt a facie timoris Domini, et a maiestate virtutis eius, quoniam venit.

*Oratio* (Br Goth 165)

Domine, qui sursum in caelestibus habitas,  
 terrenas potestates contines et gubernas:  
 da nomini tuo gloriam, da peccantibus veniam;  
 quodque de tua misericordia praesumimus,  
 in veritate, quod quaeramus, hauriamus,  
 ut misericordia tua de Ecclesiae coetu simulacra excludat,  
 et veritas ad cultus tui agnitionem dubia corda convertat:  
 adice, quaesumus, Domine,  
 benedictionem tuam super populum tuum,  
 et super filios eorum;  
 quique timentibus te factus es salus  
 in vitam perpetuam, quam promisisti, concede coronam;  
 ut non peccatis mortui, a tua benedictione abiciamur,  
 sed vitae participes facti,  
 nomen tuum in saecula conlaudemus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 65* (Br Goth 165)

*Antiphona* (Br Goth 165)

(Ps 65,4)

Omnis terra adoret te, Deus, et psallat tibi; psalmum dicat nomini tuo, Altissime.

Iubilate Deo, omnis terra, + psalmum dicite gloriae nominis eius, \* glorificate laudem eius.

Dicite Deo: “Quam terribilia sunt opera tua. \* Prae multitudine virtutis tuae blandientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te et psallat tibi, \* psalmum dicat nomini tuo”.

Venite et videte opera Dei, \* terribilis in adinventionibus super filios hominum.

Convertit mare in aridam, + et in flumine pertransibunt pede; \* ibi laetabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in aeternum, + oculi eius super gentes respiciunt; \* rebelles non exaltentur in semetipsis.

Benedicite, gentes, Deum nostrum, \* et auditam facite vocem laudis eius;  
 qui posuit animam nostram ad vitam \* et non dedit in commotionem pedes nostros.  
 Quoniam probasti nos, Deus; \* igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.  
 Induxisti nos in laqueum, \* posuisti tribulationes in dorso nostro.  
 Imposuisti homines super capita nostra, + transivimus per ignem et aquam, \* et eduxisti nos in refrigerium.  
 Introibo in domum tuam in holocaustis; \* reddam tibi vota mea,  
 quae protulerunt labia mea, \* et locutum est os meum in tribulatione mea.  
 Holocausta madullata offeram tibi cum incenso arietum, \* offeram tibi boves cum hircis.  
 Venite, audite, + et narrabo, omnes, qui timetis Deum, \* quanta fecit animae meae.  
 Ad ipsum ore meo clamavi \* et exaltavi in lingua mea.  
 Iniquitatem si aspexi in corde meo, \* non exaudiet Dominus.  
 Propterea exaudivit Deus, \* attendit voci deprecationis meae.  
 Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam \* et misericordiam suam a me.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Omnis terra adoret te, Deus, et psallat tibi; psalmum dicat nomini tuo, Altissime.

*Oratio* (Br Goth 165)

Omnis terra adoret te, Domine,  
 et tibi psallat vitae participatio incorruptae;  
 ut sicut sunt omnia tuo formata opificio,  
 ita cuncta tuo pariter subdantur imperio.

*R/* Amen.

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
 qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 134 (Br Goth 165)*

*Antiphona (Br Goth 165)*

(Ps 134, 5)

Ego cognovi quod magnus est Dominus, et Deus noster p[re]ae omnibus diis.

Laudate nomen Domini, \* laudate servi Domini,  
qui statis in domo Domini, \* in atrisi domus Dei nostri.  
Laudate Dominum, quia bonus Dominus; \* psallite nomini eius, quoniam suave.  
Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, \* Israel in peculium sibi.  
Quia ego cognovi quod magnus est Dominus \* et Deus noster p[re]ae omnibus diis.  
Omnia quaecumque voluit, + Dominus fecit in caelo et in terra, \* in mari et in omnibus abyssis.  
Adducens nubes ab extremo terrae, + fulgura in pluviam facit, \* producit ventos de thesauris suis.  
Qui percussit primogenita Aegypti \* ab homine usque ad pecus.  
Misit signa et prodigia in medio tui, Aegypte, \* in pharaonem et in omnes servos eius.  
Qui percussit gentes multas \* et occidit reges fortes:  
Sehon regem Amoraeorum et Og regem Basan \* et omnia regna Chanaan.  
Et dedit terram eorum hereditatem, \* hereditatem Israel populo suo.  
Domine, nomen tuum in aeternum; \* Domine, memoriale tuum in generationem et generationem.  
Quia iudicabit Dominus populum suum \* et servorum suorum miserebitur.  
Simulacra gentium argentum et aurum, \* opera manuum hominum:  
os habent et non loquentur; \* oculos habent et non videbunt;  
aures habent et non audient; \* neque enim est spiritus in ore ipsorum.  
Similes illis erunt, qui faciunt ea, \* et omnes, qui confidunt in eis.  
Domus Israel, benedicte Domino; \* domus Aaron, benedicte Domino;  
domus Levi, benedicte Domino; \* qui timetis Dominum, benedicte Domino.

Benedictus Dominus ex Sion, \* qui habitat in Ierusalem.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Ego cognovi quod magnus est Dominus, et Deus noster prae omnibus diis.

*Responsorium* (Br Goth 165-166)

(Ier 31,7)

Sapientiam suam Deus revelavit populo suo;  
 Verbum eius processit in fines terrae. Clamate:  
*R/* Per civitates Iuda ecce Salvator advenit in monte Sion.  
*V/* Exultate in laetitia Iacob, et inite contra caput gentium;  
 personate, canite et dicite:  
*R/* Per civitates Iuda ecce Salvator advenit in monte Sion.  
*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/* Per civitates Iuda ecce Salvator advenit in monte Sion.

*Preces* (Br Goth 166)

Clamamus ad te, Domine, tu miserere nobis.  
*R/* Et dona indulgentiam.  
*V/* Rex altissime et perennis Domine,  
 precem, quam effundimus, accipe.  
*R/* Et dona indulgentiam.  
*V/* Aegros visita et captivos revoca,  
 pupillos et viduas adiuva.  
*R/* Et dona indulgentiam.  
*V/* Nos peccavimus et a te recessimus,  
 tu Redemptor omnium, salva nos.  
*R/* Et dona indulgentiam.  
*V/* Paenitentibus miserere, Domine,  
 et peccati maculas ablue.  
*R/* Et dona indulgentiam.

*Oratio* (Br Goth 166)

Laudamus te, Domine, quia benignus ac suavis es;  
 praesta itaque, ut dum in tua laudatione insistimus,  
 vel a mundi nos illecebris advoces,  
 vel perfectorum societati agglomeres.  
*R/* Amen.  
 Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.  
*R/* Amen.

*Pater noster*  
(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*  
(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Conclusio*  
(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

### **Ad sextam**

*Lectio* (Br Goth 166)  
(Is 19,1-4)

Lectio libri Isaiae Prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Ecce Dominus vehitur super nubem levem et ingreditur Aegyptum; et commovebuntur simulacra Aegypti a facie eius, et cor Aegypti tabescet in medio eius.

“Et concurrere faciam Aegyptios adversus Aegyptios; et pugnabit vir contra fratrem suum et vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum.

Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, et consilium eius confundam; et interrogabunt simulacra et divinos et pythones et hariolos.

Et tradam Aegyptios in manu domini crudelis, et rex fortis dominabitur eorum”, ait Dominus Deus exercituum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 123* (Br Goth 166)  
*Antiphona* (Br Goth 166)  
(Ps 123, 7b)

Laqueus contritus est, et nos liberati sumus.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, + nisi quia Dominus erat in nobis, \* cum exurerent homines in nos: forte vivos degluttissent nos, \* cum irasceretur furor eorum in nos.

Forsitan aqua absorbuisset nos, + torrens pertransisset animam nostram, \* forsitan pertransisset animam nostram aquae intumescentes.

Benedictus Dominus, \* qui non dedit nos in direptionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est \* de laqueo venantium:  
laqueus contritus est, \* et nos erepti sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini, \* qui fecit caelum  
et terram.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Laqueus contritus est, et nos liberati sumus.

*Oratio* (Br Goth 166; OV, 1173)

Esto in nobis Domine, Deus Israel,  
et malorum infestationem, ne deglutiamur, a nobis repelle;  
nocivamque iracundiam, ne obsorbeamur, comprime;  
sicque in nobis torrens tuae voluptatis redundet,  
ut vitiorum torrentem  
anima nostra se sine discriminē pertransisse exultet;  
neque inimicorum dentibus laniemur,  
sed ereptos nos de venantium laqueis gratulemur;  
et tu, adiutor noster, heredita nos in possessione aeterna,  
qui cooperante Verbo tuo Sanctoque Spiritu,  
fecisti caelum et terram.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 125* (Br Goth 166)

*Antiphona* (Br Goth 166)

(Ps 125,4)

Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in  
austro.

In convertendo Dominus captivitatem Sion, \* facti sumus  
quasi somniantes.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, \* et lingua nostra  
exultatione.

Tunc dicebant inter gentes: \* “Magnificavit Dominus facere  
cum eis”.

Magnificavit Dominus facere nobiscum; \* facti sumus lae-  
tantes.

Converte, Domine, captivitatem nostram, \* sicut torrentes  
in austro.

Qui seminant in lacrimis, \* in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant \* semen spargendum portantes;  
venientes autem venient in exultatione \* portantes manipulos suos.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro.

*Oratio* (Br Goth 166-167)

Converte, Domine, captivitatem nostram,  
ab illecebrosis inimici seductionibus redimendo,  
et reple consolatione indulgentiae,  
quos desolatos prospicis ob admissionem nequitiae:  
da nobis, quae sumus,  
contriti cordis humilitatem quaerere,  
et inquinamenta, quae nos polluunt,  
fluentis lacrimarum abluere;  
sic etiam confessionis remedia seramus in lacrimis,  
ut indulgentiae fructus metamus in gaudiis.

*R/* Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 127* (Br Goth 167)

*Antiphona* (Br Goth 167)

(Cfr Ps 127,1)

Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.

Beatus omnis, qui timet Dominum, \* qui ambulat in viis eius.

Labores manuum tuarum manducabis, \* beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis fructifera \* in lateribus domus tuae;  
filii tui sicut novellae olivarum \* in circuitu mensae tuae.

Ecce sic bendicitur homo, \* qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, \* ut videas bona Ierusalem omnibus diebus vitae tuae;

et videas filios filiorum tuorum. \* Pax super Israel.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.

*Responsorium* (Br Goth 167)

(Tob 8,10; cfr. Ps 122,1)

Miserere nobis, Domine.

R/ Miserere nobis.

V/ Ad te levamus oculos nostros,  
qui habitas in caelis.

R/ Miserere nobis.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Miserere nobis.

*Preces* (Br Goth 167)

Clamemus omnes una voce.

R/ Domine, miserere.

V/ Amara nobis est vita nostra.

R/ Domine, miserere.

V/ Delicta dele, pacem concede.

R/ Domine, miserere.

V/ Inclina aurem tuam ad precem nostram.

R/ Domine, miserere.

V/ Parce delictis, et subveni de caelis.

R/ Domine, miserere.

*Oratio* (Br Goth 167)

Deus, qui timentes te,  
 beatos prophetali voce pronuntias;  
 da in nobis tui timoris obsequia beneplacita,  
 ut ex hoc in viis tuis ambulare nos facias;  
 sicque, te gubernante, labor noster tuis oculis placitus,  
 cuius fructus tempore remunerationis  
 afficiatur suavissimus:  
 ac sic labor ipse de caritate studeatur,  
 ut apud te fruges eius in beatitudine recondeantur.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui est benedictus et vivit et omnia regit  
 in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 955)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Salutare tuum, Domine, famulis tuis tribuere dignare.

*R/ Amen.*

Orationes suscipe, petitiones supple, et peccata dimitte.

*R/ Amen.*

A languoribus cura, et fidelium pectora  
a delictorum maculis purga.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

**Ad nonam**

*Lectio* (Br Goth 167)

(Prv 21, 23-31)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, qui custodit os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.

Superbus et arrogans vocatur derisor, qui operatur in ira superbiae.

Desideria occidunt pigrum; noluerunt enim quidquam manus eius operari: tota die concupiscit et desiderat; qui autem iustus est, tribuet et non parcit.

Hostiae impiorum abominabiles, eo magis quia offeruntur ex scelere.

Testis mendax peribit; vir oboediens loquetur in victoram.

Vir impius obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, corrigit viam suam.

Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 167-168)

(Dt 6,4-18)

Lectio libri Deuteronomii.

*R/ Deo gratias.*

In diebus illis: Locutus est Moyses ad omnem coetum filiorum Israel, et dixit ad eos:

Audi Israel: Dominus Deus noster Dominus unus est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua. Eruntque verba haec, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo, et inculcabis ea filiis tuis et loqueris ea sedens in domo tua et ambulans in itinere, decumbens atque consurgens; et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque quasi appensum quid inter oculos tuos, scribesque ea in postibus domus tuae et in portis tuis.

Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, pro qua iuravit patribus tuis Abraham, Isaac et Iacob, ut daret tibi, civitates magnas et optimas, quas non aedificasti, domos plenas cunctarum opum, quas non implevisti, cisternas, quas non fodisti, vineta et oliveta, quae non plantasti, et comederas et saturatus fueris, cave diligenter, ne obliviscaris Domini, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo servitutis: Dominum Deum tuum timebis et ipsi servies ac per nomen illius iurabis.

Non ibitis post deos alienos, de diis gentium, quae in circuitu vestro sunt, quoniam Deus aemulator Dominus Deus tuus in medio tui; nequando irascatur furor Domini Dei tui contra te et auferat te de superficie terrae. Non tentabis Dominum Deum vestrum, sicut tentastis in Massa. Custodite mandata Domini Dei vestri ac testimonia et praecepta, quae praecepit tibi; et fac, quod rectum est et bonum in conspectu Domini, ut bene sit tibi, et ingressus possideas terram optimam, de qua iuravit Dominus patribus tuis.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 168)

(Is 49,18. 22-26)

Lectio libri Isaiae prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: leva in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. "Vivo ego, dicit Domin-

us, quia omnibus his velut ornamento vestieris et circumdabis tibi quasi sponsa”.

Haec dicit Dominus Deus: “Ecce levabo ad gentes manum meam et ad populos exaltabo signum meum; et afferent filios tuos in ulnis, et filiae tuae super humeros portabuntur. Et erunt reges nutricii tui et reginae nutrices tuae; vultu in terram demisso adorabunt te et pulverem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus: non confundentur, qui sperant in me”.

Numquid tolletur a forti praeda aut, quod captum fuerit, a robusto salvari poterit? Quia haec dicit Dominus: “Equidem et captivus a forti tolletur, et quod ablatum fuerit a robusto, salvabitur; cum his, qui contendebant tecum, ego contendam, et filios tuos ego salvabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis, et quasi musto sanguine suo inebriabuntur; et sciet omnis caro quia ego Dominus salvator tuus et redemptor tuus Fortis Iacob”.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 168)

(Eph 4, 17-24)

Sequentia epistolae Pauli Apostoli ad Ephesios.

*R/ Deo gratias.*

Fratres: Hoc igitur dico et testificor in Domino, ut iam non ambuletis sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei, propter ignorantiam, quae est in illis, propter caecitatem cordis ipsorum, qui, indolentes, semetipsos tradiderunt impudicitiae in operacionem immunditiae omnis in avaritia.

Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audidistis et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, renovari autem spiritu mentis vestrae et induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis.

*R/ Amen.*

*Psalmus 134* (Br Goth 168)

*Antiphona* (Br Goth 168)

(Cfr. Ps. 113,11; Ps 134,6)

Deus autem noster in caelo et sursum in caelo et in terra, omnia quaecumque voluit fecit.

Laudate nomen Domini, \* laudate, servi Domini,  
 qui statis in domo Domini, \* in atriis domus Dei nostri.  
 Laudate Dominum, quia bonus Dominus; \* psallite nomini  
 eius, quoniam suave.  
 Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, \* Israel in peculum sibi.  
 Quia ego cognovi quod magnus est Dominus \* et Deus noster  
 prae omnibus diis.  
 Omnia, quaecumque voluit, + Dominus fecit in caelo et in  
 terra, \* in mari et in omnibus abyssis.  
 Adducens nubes ab extremo terrae, + fulgura in pluviam fa-  
 cit, \* producit ventos de thesauris suis.  
 Qui percussit primogenita Aegypti \* ab homine usque ad  
 pecus.  
 Misit signa et prodigia in medio tui, Aegypte, \* in pharao-  
 nem et in omnes servos eius.  
 Qui percussit gentes multas \* et occidit reges fortes:  
 Sehon regem Amorraeorum et Og regem Basan \* et omnia  
 regna Chanaan.  
 Et dedit terram eorum hereditatem, \* hereditatem Israel po-  
 pulo suo.  
 Domine, nomen tuum in aeternum; \* Domine, memoriale  
 tuum in generationem et generationem.  
 Quia iudicabit Dominus populum suum \* et servorum suo-  
 rum miserebitur.  
 Simulacra gentium argentum et aurum, \* opera manuum ho-  
 minum:  
 os habent et non loquentur; \* oculos habent et non vide-  
 bunt;  
 aures habent et non audient; \* neque enim est spiritus in ore  
 ipsorum.  
 Similes illis erunt, qui faciunt ea, \* et omnes, qui confidunt  
 in eis.  
 Domus Israel, benedicte Domino; \* domus Aaron, benedicte  
 Domino;  
 domus Levi, benedicte Domino; \* qui timetis Dominum,  
 bendicite Domino.  
 Benedictus Dominus ex Sion, \* qui habitat in Ierusalem.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.  
*Ant.* Deus autem noster in caelo et sursum in caelo et in terra, omnia  
 quaecumque voluit fecit.

*Oratio* (Br Goth 168-169)

Laudamus te, Domine, quia benignus et magnus es;  
 cuius magnitudinem et bonitatem  
 et mirabilia testantur, et opera:  
 magnus es igitur, Domine,  
 te ex nihilo tam stupenda tamque multiplicia creare,  
 benignus autem,  
 dum pereuntem mundum Christi tui sanguine reparas;  
 magnus, dum ex mortuis cadavera suscitas,  
 benignus, cum excitatis vitam interminabilem donas;  
 tribue omnipotens Deus nobis supplicibus tuis  
 et tantae magnitudinis intelligere potestatem,  
 et benignitatis tuae suspicere pacem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 82* (Br Goth 169)*Antiphona* (Br Goth 169)

(Ps 70,19; Ps 82, 2)

Deus, quis similis tibi? ne taceas neque sileas, Deus.

Deus, ne quiescas, ne taceas, \* neque compescaris, Deus,  
 quoniam ecce inimici tui fremuerunt, \* et, qui oderunt te,  
 extulerunt caput.

Adversus populum tuum malignaverunt consilium \* et cogi-  
 taverunt adversus eos, quos abscondisti tibi.

Dixerunt: “Venite, et disperdamus eos de gente, \* et non me-  
 moretur nomen Israel ultra! ”.

Quoniam cogitaverunt unanimiter, \* adversum te testamen-  
 tum statuerunt:

tabernacula Idumaeorum et Ismahelitae, \* Moab et Agare-  
 ni,

Gebal et Ammon et Amalec, \* Philistaea cum habitantibus  
 Tyrum.

Etenim Assur sociabitur cum illis; \* facti sunt in adiutorium  
 filii Lot.

Fac illis sicut Madian et Sisarae, \* sicut Iabin in torrente  
 Cison.

Disperierunt in Endor, \* facti sunt ut sterlus super terram.

Pone duces eorum sicut Oreb et Zeb \* et Zebee et Salmana,  
 omnes principes eorum,  
 qui dixerunt: \* “Hereditate possideamus pascua Dei!”.  
 Deus meus, pone illos ut rotam \* et sicut stipulam ante ven-  
 tum.  
 Sicut ignis, qui comburit silvam, \* et sicut flamma devorans  
 montes,  
 ita persequeris illos in tempestate tua \* et in procella tua  
 turbabis eos.  
 Imple facies eorum ignominia, \* et quaerent nomen tuum,  
 Domine.  
 Erubescant et conturbentur in saeculum saeculi \* et confun-  
 dantur et pereant;  
 et cognoscant quia nomen tibi Dominus: \* tu solus Altissi-  
 mus super omnem terram.  
 Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Deus, quis similis tibi? ne taceas neque sileas, Deus.

*Oratio* (Br Goth 169)

Deus, quis similis tibi tam in bonitate quam in virtute?  
 qui sanctos tuos et bonitate eridis, et virtute defendis,  
 qui inimicorum ora frementia comprimis,  
 et tuorum obsecrationes agnoscis:  
 da nobis,  
 de tua bonitate confidentibus operum bonorum particulam,  
 quae nos ab inimici consilio tutos efficiat,  
 et mundatos a crimine tibi placere ostendat;  
 et tu nos perducas ad gloriam aeternam,  
 qui solus es Altissimus super omnem terram.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 81* (Br Goth 169)

*Antiphona* (Br Goth 169)

(Ps 81,8)

Surge, Deus, iudica terram; quoniam tu dominaris omnibus  
 Gentibus.

Deus stetit in concilio divino, \* in medio deorum iudicat.

“Usquequo iudicabitis inique \* et facies peccatorum sumetis?

Iudicate egeno et pupillo, \* humilem et pauperem iustificate. Eripite pauperem \* et egenum de manu peccatoris liberate”. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant; \* mo- vebuntur omnia fundamenta terrae.

Ego dixi: “Dii estis \* et filii Excelsi omnes”.

Vos autem sicut homines moriemini \* et sicut unus de prin- cipibus cadetis.

Surge, Deus, iudica terram. \* quoniam tu hereditabis in om- nibus gentibus.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Surge, Deus, iudica terram; quoniam tu dominaris omnibus Gentibus.

#### *Preces* (Br Goth 169)

Ad te clamamus, Domine, praecamur.

R/ Ut exaudias.

V/ Christe, Redemptor omnium exaudi preces supplicum.

R/ Ut exaudias.

V/ Concede nobis donum gratiae, et fructum paenitentiae.

R/ Ut exaudias.

V/ Remove a nobis gladium, famem et pestilentiam.

R/ Ut exaudias.

V/ Solve delicti piaculum, et dona indulgentiam.

R/ Ut exaudias.

#### *Oratio* (Br Goth 169)

Exurge, Deus, qui iudicas terram;  
et brachio fortitudinis rege,  
quos trophyo Crucis dignatus es comparare,  
ac pro quibus fusio sacri sanguinis extat redemptio,  
ab his tibi deferatur votiva confessio;  
et qui passionem redemptionis nostrae credimus,  
gloriosam resurrectionem fatemur,  
atque ascensum ad aethera praedicamus,  
reditumque tuum terribili recursu timemus,  
ad vocem tubae cum praeconaverit,  
gaudentes in adventum tuum properemus.  
Et tu, clementissime Domine,

quos conspicis ita solemnia colere,  
hos de gehennae ardoribus erue,  
et gloriosae resurrectionis fieri praesta consortes.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 955)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

R/ Et cum spiritu tuo.

Salutare tuum, Domine, famulis tuis tribuere dignare.

R/ Amen.

Orationes suscipe, petitiones supple, et peccata dimitte.

R/ Amen.

A languoribus cura, et fidelium pectora  
a delictorum maculis purga.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Vespertinum* (Br Goth 169)

(Ps 103, 19-20)

Sol agnovit occasum suum; posuisti tenebras et facta est nox.

*Psalmus 115* (Br Goth 169)

*Antiphona* (Br Goth 169)

(Cfr. Ps 115,16-17)

Disrumpe, Domine Deus, vincula peccatorum, ut sacrificemus tibi hostiam laudis.

Credidi, etiam cum locutus sum: \* “Ego humiliatus sum nimis”.

Ego dixi in trepidatione mea: \* “Omnis homo mendax”.

Quid retribuam Domino \* pro omnibus, quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam \* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam \* coram omni populo eius.

Pretiosa in conspectu Domini \* mors sanctorum eius.

O Domine, ego servus tuus, \* ego servus tuus et filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea: + tibi sacrificabo hostiam laudis \* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam \* coram omni populo eius,  
in atriis domus Domini, \* in medio tui, Ierusalem.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Disrumpe, Domine Deus, vincula peccatorum, ut sacrificemus tibi hostiam laudis.

*Antiphona* (Br Goth 169)

(Ps 118, 4-5)

Tu mandasti, mandata tua custodiri nimis.

V/ Utinam dirigantur viae meae,  
ad custodiendas iustificationes tuas.

R/ Mandata tua custodiri nimis.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, in saecula  
saeculorum. Amen.*

*R/ Mandata tua custodiri nimis.*

*Hymnus* (Br Goth 152; L5, 1153)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Maestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
maestas genas inducimus

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetur vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemus omne noxium.

Elasta vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira maestos sorbeat,  
non poena fessos conterat:  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum.  
Amen.

*Versus*

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem sanctae Mariae  
Virginis Genitricis suaे  
in sacro sancto ieunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Kyrie eleison.*

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 152-153)

Dilectissimi fratres,  
qui omnia idola gentium  
cum Psalmista daemonia esse creditis;  
illorum, quaeso,  
ut ritus et monstruos actus omnino respuamus:

et si aliquem ex Ecclesiae filiis talia,  
 aut agere aut delectari prospicitis,  
 vestra admonitione corripite,  
 et ad viam salutis ab erroribus revocate;  
 ut verba dominicae orationis,  
 quae ipso Domino docente didicistis,  
 et simul mecum et cum illis  
 proclamare liberi possitis e terris dicentes:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 153)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Christus Dominus, qui cum Patre, et Spiritu Sancto  
 unus exstat conditor et annorum et temporum;  
 ipse in initio huius anni  
 vestrum acceptare dignetur ieunium.

*R/ Amen.*

Sit vobis semper duxor,  
 qui extitit totius mundi Redemptor.

*R/ Amen.*

Ut, cuius in nativitate solemnia iam strenue peregistis,  
 apparitionis festa etiam cum gaudio celebretis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/. Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 153)

(Is 35,1; Ps 99,2)

Alleluia, laetabitur deserta et invia, et exultabit solitudo.

Et florebit quasi lilyum, alleluia, alleluia.

*V/ Iubilate Deo omnis terra, servite Domino in laetitia.*

*R/ Et florebit quasi lilyum, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 170-171)

Ne proicias nos, Domine, a facie tua;  
neque auferas misericordiam tuam a nobis:  
ut quos reatus facinorum tenet obnoxios,  
miserationis tuae clementia faciat absolutos.

R/ Amen.

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*De ieiunio Epiphaniae.*

*Omnes ieiunemus ad exorandum Dominum nostrum Iesum  
Christum pro peccatis nostris, ac pace impetranda;  
vel ad sacras lectiones audiendas Ecclesiam Domini frequentemus.*

**Tertio die quod est vigilia Epiphaniae Domini  
Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (Br Goth 150, 233)

(Ps 3, 4)

Tu autem, Domine, susceptor meus, et gloria mea, et exaltans  
caput meum.

(*Psalmus ut in ordinario, in officio feriali*)

*Ant.* Tu autem, Domine, susceptor meus, et gloria mea, et exaltans  
caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 819; Br Goth 150)

Quamvis, Domine, plurima malignantium multitudo abneget  
salutem nostram esse in te Domino Deo nostro;  
nobis tamen ob hoc robur spei multum augetur,  
quia tu susceptor noster esse dignatus es:  
obstruatur itaque os loquentium iniqua,

cum sperantes in te misericordia circumdat assidua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa*

*Psalmus 95 (Br Goth 170)*

*Antiphona (Br Goth 170)*

(Cfr. Ps 95,2)

Bene nuntiate de die in diem salutare eius.

Cantate Domino canticum novum, \* cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, benedicte nomini eius, \* annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter gentes gloriam eius, \* in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis, \* terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium inania, \* Dominus autem caelos fecit.

Magnificentia et pulchritudo in conspectu eius, \* potentia et decor in sanctuario eius.

Afferte Domino, familiae populorum, + afferte Domino gloriam et potentiam, \* afferte Domino gloriam nominis eius.

Tollite hostias et introite in atria eius, \* adorate Dominum in splendore sancto.

Contremiscite a facie eius, universa terra, \* dicite in gentibus: “Dominus regnavit!”.

Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur; \* iudicabit populos in aequitate.

Laetentur caeli et exultet terra, + sonet mare et plenitudo eius; \* gaudebunt campi et omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum + a facie Domini, quia venit, \* quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrae in iustitia \* et populos in veritate sua.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Bene nuntiate de die in diem salutare eius.

*Oratio* (Br Goth 170)

Cantet tibi novum canticum numerositas redemptorum;  
 nova fecisti miracula:  
 novum lumen ortum ex Virgine,  
 quod tamen Deitati non erat novum,  
 sed novum est insolito mostrato miraculo;  
 novum regenerationis mysterium,  
 in quo totum innovas mundum;  
 nova genera virtutum in curatione aegrorum,  
 novum humilitatis ac patientiae modum  
 in superbia persequentium,  
 novum stupendumque genus virtutis in gloria resurgentis,  
 nova humanis visibus tuae ostenditur maiestatis potestas,  
 cum verum hominem ad caelorum sublimitatem deportas;  
 concede pro quibus tam nova miracula  
 gloriosus opifex indidisti,  
 hos et vestigiorum tuorum sequaces,  
 et gloriae facias coheredes,  
 atque melodiam carminis, necnon inter Sanctorum fragores,  
 et nostras voces admisceas perstrepentes.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 98* (Br Goth 170)

*Antiphona* (Br Goth 170)

(Ps 98, 2)

Dominus in Sion magnus, et excelsus super omnes populos.

Dominus regnavit! Commoveantur populi; \* sedet super cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus \* et excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno et terribili, \* quoniam sanctum est.

Rex potens iudicium diligit: + tu statuisti, quae recta sunt, \*  
 iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum + et adorate ad scabellum  
 pedum eius, \* quoniam sanctus est.

Moyses et Aaron in sacerdotibus eius \* et Samuel inter eos,  
qui invocant nomen eius.

Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos, \* in columna  
nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius \* et praeceptum, quod dedit  
illis.

Domine Deus noster, tu exaudiebas eos; + Deus, tu propitius  
fuisti eis, \* ulciscens autem adinventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum + et adorate ad montem  
sanctum eius, \* quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Dominus in Sion magnus, et excelsus super omnes populos.

*Oratio* (Br Goth 170)

Redemptor noster, Domine,  
qui super omnem altitudinem excelsus,  
et in Sion agnosceris magnus;  
credulitatem Ecclesiae tuae in te amplians perfice,  
et populos in eius sinceritate fac coalescere:  
ut nomen tuum, quod magnum est, confitentes,  
ac regiae gloriae honorem tibi, fidei servitute offerentes,  
tu nos miseratus de excelso prospice:  
et ab humilitate terrarum, in mansionibus commuta caelorum.

*R/* Amen.

Per gratiam pietatis suae,  
qui es benedictus in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 113* (Br Goth 170)

*Antiphona* (Br Goth 170)

(Ps 113, 12)

Dominus memor fuit nostri, et benedixit nobis.

In exitu Israel de Aegypto, \* domus Iacob de populo barbaro,  
factus est Iuda sanctuarium eius, \* Israel potestas eius.

Mare vidi et fugit, \* Iordanis conversus est retrorsum;  
montes saltaverunt ut arietes, \* et colles sicut agni ovium.

Quid est tibi, mare, quod fugisti? \* Et tu, Iordanis, quia con-  
versus es retrorsum?

Montes, quod saltastis sicut arietes, \* et colles, sicut agni  
ovium?

A facie Domini contremisce, terra, \* a facie Dei Iacob,  
qui convertit petram in stagna aquarum \* et silicem in fontes  
aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis, + sed nomini tuo da gloriam  
\* super misericordia tua et veritate tua.

Quare dicent gentes: \* “Ubi est Deus eorum?”.

Deus autem noster in caelo, \* omnia, quaecumque voluit, fe-  
cit.

Simulacra gentium argentum et aurum, \* opera manuum ho-  
minum.

Os habent et non loquentur, \* oculos habent et non vide-  
bunt.

Aures habent et non audient, \* nares habent et non  
odorabunt.

Manus habent et non palpabunt, + pedes habent et non am-  
bulabunt; \* non clamabunt in gutture suo.

Similes illis erunt, qui faciunt ea, \* et omnes qui confidunt  
in eis.

Domus Israel speravit in Domino: \* adiutorium eorum et  
scutum eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: \* adiutorium eorum et  
scutum eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: \* adiutorium  
eorum et scutum eorum est.

Dominus memor fuit nostri \* et benedicit nobis:  
benedicit domui Israel, \* benedicit domui Aaron,  
benedicit omnibus, qui timent Dominum, \* pusillis cum  
maioribus.

Adiciat Dominus super vos, \* super vos et super filios ves-  
tros.

Benedicti vos a Domino, \* qui fecit caelum et terram.

Caeli, caeli sunt Domino, \* terram autem dedit filiis homi-  
num.

Non mortui laudabunt te, Domine, \* neque omnes, qui des-  
cendunt in silentium,  
sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino \* ex hoc nunc et  
usque in saeculum.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Dominus memor fuit nostri, et benedixit nobis.

*Oratio* (Br Goth 156)

Domine, qui sursum in caelestibus habitas,  
 terrenas potestates contines et gubernas:  
 da nomini tuo gloriam, da peccantibus veniam;  
 quodque de tua misericordia praesumimus,  
 in veritate, quod quaeramus, hauriamus,  
 ut misericordia tua de Ecclesiae coetu simulacra excludat,  
 et veritas ad cultus tui agnitionem dubia corda convertat:  
 adice, quaesumus, Domine,  
 benedictionem tuam super populum tuum,  
 et super filios eorum;  
 quique timentibus te factus es salus  
 in vitam perpetuam, quam promisisti, concede coronam;  
 ut non peccatis mortui, a tua benedictione abiiciamur,  
 sed vitae participes facti,  
 nomen tuum in saecula collaudemus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (Br Goth 170)

(Apc 21,23)

Ierusalem, civitas sancta, ultra non eget sole;  
 quia claritas Dei illuminat eam.

Splendor eius agnus est.

*V/ Turres Ierusalem auro aedificabuntur,*  
*et propugnacula eius auro mundo.*

*R/ Splendor eius agnus est.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Splendor eius agnus est.*

*Psalmus L**Antiphona* (Br Goth 170)

(Cfr. Ps 50, 13)

Ne proicias nos, Domine, a facie tua; et spiritum sanctum  
 tuum ne auferas a nobis.

*(Ut in ordinario, in officio feriali)*

*Ant.* Ne proicias nos, Domine, a facie tua; et spiritum sanctum tuum ne auferas a nobis.

*Oratio* (Br Goth 170-171)

Ne proicias nos, Domine, a facie tua,  
neque auferas misericordiam tuam a nobis:  
ut quos reatus facinorum tenet obnoxios,  
miserationis tuae clementia faciat absolutos.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus,  
et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 171)

(Tob 13, 11-18)

*Antiphona* (Br Goth 171)

(Apc 21,23)

Splendor lucis illuminat eam, et lucerna eius agnus est.

Lux splendida fulgebit in omnibus finibus terrae; \* nationes multae venient tibi ex longinquo

et a novissimis partibus terrae ad nomen sanctum tuum \* et munera sua in manibus suis habentes regi caeli.

Generationes generationum dabunt in te laetitiam, \* et nomen electae erit in saecula saeculorum.

Maledicti omnes, qui dixerint verbum durum. + Maledicti erunt omnes, qui deponunt te \* et destruunt muros tuos, et omnes, qui subvertunt turres tuas \* et qui incendunt habitaciones tuas.

Et benedicti erunt omnes, \* qui timent te in aevum.

Tunc gaude et laetare in filiis iustorum, + quoniam omnes colligentur \* et benedicent Domino aeterno.

Felices, qui diligunt te, \* et felices, qui gaudebunt in pace tua.

Et beati omnes homines, \* qui contristabuntur in omnibus flagellis tuis,

quoniam in te gaudebunt \* et videbunt omne gaudium tuum in aeternum.

Anima mea, benedic Domino regi magno, + quia in Ierusalem civitate aedificabitur \* domus illius in omnia saecula.

Felix ero. si fuerint reliquiae seminis mei + ad videndum claritatem tuam \* et confitendum regi caeli.

Ostia Ierusalem sapphiro et smaragdo aedificabuntur \* et  
lapide pretioso omnes muri tui  
et turres Ierusalem auro aedificabuntur, \* et propugnacula  
eius auro mundo.  
Plateae Ierusalem carbunculo sternentur \* et lapide Ophir  
et ostia Ierusalem cantica laetitiae dicent, \* et omnes vici  
eius loquentur: “Alleluia.  
Benedictus Deus Israel + et benedicti, qui benedicent nomen  
sanctum \* in aeternum et adhuc!.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Splendor lucis illuminat eam, et lucerna eius agnus est.

*Oratio de cantico*

*Psalmus matutinarius* (Br Goth 171)  
(Cfr. Ps 43, 3)

Emitte lucem tuam, Domine, et veritatem tuam.  
V/ Ipsa me deduxerunt et perduxerunt in monte sancto tuo.  
R/ Et veritatem tuam.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Et veritatem tuam.

*Psalmi laudate 148-150* (Br Goth 171)  
*Antiphona* (Br Goth 171)  
(Ps 150, 6)

Omnis spiritus laudet Dominum.  
(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Ant.* Omnis spiritus laudet Dominum.

*Lectio* (Br Goth 171-172)  
(Is 48, 1-11)

Lectio libri Isaiae Prophetae.  
R/ Deo gratias.

Haec dicit Dominus: Audite hoc, domus Iacob, qui vocamini  
nomine Israel et de aquis Iudea existis, qui iuratis in nomine Domini  
et Deum Israel invocatis non in veritate neque in iustitia.

De civitate enim sancta vocati sunt et super Deum Israel  
constabiliti sunt; Dominus exercituum nomen eius.

Priora ex tunc annuntiavi, et ex ore meo exierunt, et audita feci ea; repente operatus sum, et venerunt.

Scivi enim quia durus es tu, et nervus ferreus cervix tua et frons tua aerea.

Praedixi tibi ex tunc antequam venirent indicavi tibi, ne forte dices: "Idolum meum operatum est haec, et sculptile meum et conflatile mandaverunt ista".

Quae audisti, vide omnia; vos autem num annuntiabitis?

Audita facio tibi nova ex nunc et occulta, quae nescis. Nunc creata sunt et non ex tunc, et ante eorum diem, et non audisti ea, ne forte dices: "Ego cognovi ea".

Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tunc aperta est auris tua; scio enim quia praevericans praevericaris et transgressor ex utero vocaris.

Propter nomen meum longe faciam furorem meum et propter laudem meam infrenabo me super te, ne perdam te. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum; probavi te in camino paupertatis.

Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer; et gloriam meam alteri non dabo.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 152; L5, 1153)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Maestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
maestas genas inducimus.

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetur vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemus omne noxium.

Elasta vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira maestos sorbeat,  
non poena fessos conterat:  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum.  
*Amen.*

*Versus**Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem sanctae Mariae  
Virginis Genitricis suae  
in sacro sancto ieunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 152-153)

Dilectissimi fratres,  
qui omnia idola gentium  
cum Psalmista daemonia esse creditis;  
illorum, quae so,  
ut ritus et monstruos actus omnino respuamus:  
et si aliquem ex Ecclesiae filiis talia,  
aut agere aut delectari prospicitis,  
vestra admonitione corripite,  
et ad viam salutis ab erroribus revocate;  
ut verba dominicae orationis,  
quae ipso Domino docente didicistis,  
et simul mecum et cum illis  
proclamare liberi possitis e terris dicentes:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 153)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus, qui cum Patre, et Spiritu Sancto  
unus extat conditor et annorum et temporum;  
ipse in initio huius anni  
vestrum acceptare dignetur ieiunium.

*R/ Amen.*

Sit vobis semper ductor,  
qui extitit totius mundi Redemptor.

*R/ Amen.*

Ut, cuius in nativitate solemnia iam strenue peregistis,  
apparitionis festa etiam cum gaudio celebretis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (Br Goth 153)

(Is 35,1; Ps 99,2)

Alleluia, laetabitur deserta et invia, et exultabit solitudo.

Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.

*V/ Iubilate Deo omnis terra, servite Domino in laetitia.*

*R/ Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et florebit quasi lily, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 161)

Magne Domine valdeque laudabilis,  
dilata in omnes fidem Ecclesiae tuae:  
ut in cuius gradibus Deus agnosceris,  
in ea etiam plena fidelium devotione lauderis:  
eiusque preces propitius suscipe;  
et inter saeculi procellas sollicitos gubernator custodi,  
ut civitatem, quam fundasti in saecula,  
misericordia tua introeentes,  
suscipiamur in illa, narrantes in turribus mirabilia tua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

### Ad tertiam

*Lectio* (Br Goth 172)

(Prv 15, 2.8-19)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, lingua sapientum stillat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam.

Victimae impiorum abominabiles Domino; vota iustorum grata sunt ei.

Abominatio est Domino via impii; qui sequitur iustitiam, diligetur.

Admonitio mala deserenti viam; qui increpationes odit, morietur.

Infernus et Perditio coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum!

Non amat derisor eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur.

Cor gaudens exhilarat faciem, in maerore animi deicitur spiritus.

Cor sapientis quaerit doctrinam, et os stultorum pascitur stultitia.

Omnes dies pauperis mali; hilaris autem corde quasi iuge convivium.

Melius est parum cum timore Domini quam thesauri magni cum sollicitudine.

Melius est demensum olerum cum caritate quam vitulus sanguinatus cum odio.

Vir iracundus provocat rixas, qui patiens est mitigat lites.

Iter pigrorum quasi saepes spinarum, via sollertia complanata.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 172-173)

(Dt 7,21 – 8,3)

Lectio libri Deuteronomii.

*R/ Deo gratias.*

In diebus illis: Locutus est Moyses filiis Israel dicens: Audi Israel. Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus et terribilis. Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim et per partes. Non poteris delere eas cito, ne multiplicentur contra te bestiae

terrae. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo et conturbabit illos conturbatione magna, donec penitus deleantur. Tradetque reges eorum in manus tuas, et disperdes nomina eorum sub caelo; nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos.

Sculptilia eorum igne combures; non concupisces argentum et aurum, quibus vestita sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas propterea, quia abominatio est Domini Dei tui. Nec inferes abominationem in domum tuam, ne fias anathema sicut et illa est; quasi spurcitiam detestaberis et velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

Omne mandatum, quod ego praecipio tibi hodie, cave diligenter ut facias, ut possis vivere et multiplicemini ingressique possideatis terram pro qua iuravit Dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus his quadraginta annis per desertum, ut affligeret te atque tentaret, et nota fierent, quae in tuo animo versabantur, utrum custodires mandata illius an non. Afflixit te penuria et dedit tibi cibum manna, quem ignorabas tu et patres tui, ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.

*R/ Amen.*

*Lectio (Br Goth 173)*

(Is 30, 18-26)

Lectio libri Isaiae Prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri, et ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij Dominus; beati omnes, qui exspectant eum.

Nam, popule Sion, qui habitas in Ierusalem, plorans nequam plorabis: miserans miserebitur tui ad vocem clamoris tui; statim ut audierit, respondebit tibi.

Et dabit vobis Dominus panem angustiae et aquam afflictionis, sed non amplius avolabit a te doctor tuus; et erunt oculi tui videntes praceptorum tuum, et aures tuae audient verbum post tergum monentis: "Haec via, ambulate in ea", si declinaveritis ad dexteram vel ad sinistram.

Et contaminabis laminas sculptilium argendorum tuorum et vestimentum conflatis aurei tui; disperges ea sicut immunditiam menstruatae: "Egredere" dices ei.

Et dabit pluviam semini tuo, quod seminaveris in terra, et panis frugum terrae erit uberrimus et pinguis; pascetur pecus tuum

in die illo, agnus in pascuis spatiosis, et boves tui et asini, qui operantur terram, commixtum migma comedent ventilatum in pala et ventilabro.

Et erunt super omnem montem excelsum et super omnem collem elevatum rivi currentium aquarum in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres.

Et erit lux lunae sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum in die, qua alligaverit Dominus vulnus populi sui et percussuram plagae eius sanaverit.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 173-174)

(Eph 5,1-14)

Sequentia epistolae Pauli Apostoli ad Ephesios.

R/ Deo gratias.

Fratres: Estote ergo imitatores Dei sicut filii carissimi et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, et turpitudo et stultiloquium aut scurrilitas, quae non decent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intellegentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, id est idolorum cultor, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.

Nemo vos decipiatur inanibus verbis; propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum; eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate –fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate– probantes quod sit beneplacitum Domino; et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem et redarguite; quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere; omnia autem, quae arguuntur, a lumine manifestantur, omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: “Surge, qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit tibi Christus”.

R/ Amen.

*Psalmus 95* (Br Goth 170)

*Antiphona* (Br Goth 174)

(Ps 146,5; 95,4-5)

Magnus Dominus noster, et terribilis super omnes deos. Quia omnes dii gentium daemonia, Dominus autem caelos fecit.

Cantate Domino canticum novum, \* cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, benedicte nomini eius, \* annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter gentes gloriam eius, \* in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis, \* terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium inania, \* Dominus autem caelos fecit.

Magnificentia et pulchritudo in conspectu eius, \* potentia et decor in sanctuario eius.

Afferte Domino, familiae popolorum, + afferte Domino gloriam et potentiam, \* afferte Domino gloriam nominis eius.

Tollite hostias et introite in atria eius, \* adorate Dominum in splendore sancto.

Contremiscite a facie eius, universa terra, \* dicite in gentibus: "Dominus regnavit!".

Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur; \* iudicabit populos in aequitate.

Laetentur caeli et exultet terra, + sonet mare et plenitudo eius; \* gaudebunt campi et omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum + a facie Domini, quia venit, \* quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrae in iustitia \* et populos in veritate sua.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Magnus Dominus noster, et terribilis super omnes deos. Quia omnes dii gentium daemonia, Dominus autem caelos fecit.

*Oratio* (Br Goth 174)

Domine, qui es supra omnes gentes excelsus,  
et in caelestibus habitas gloriosus,  
humilitatem nostram ab excelso intende placatus;  
ac sicut Ecclesia tua, quae erat sterilitatis vitio impedita,  
nunc est, in te credens,  
virtutum meritis plena, et filiis numerosa,  
ita mens nostra, ab sterilitate operum infecunda,  
te tribuente possit et semen verbi suspicere,  
et copiosa fructibus redundare;  
nomenque tuum, a solis ortu usque ad occasum praclarum,

cordis ambiat unanimitate diligere,  
et fidei assentione laudare.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 80* (Br Goth 174)

*Antiphona* (Br Goth 174)

(Ex 23,5; Ier 25,6; Ex 34,14; Ps 80,1)

Servite Domino Deo vestro, et nolite adorare deos alienos,  
quia Dominus sanctus est. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate  
Deo Iacob.

Exsultate Deo adiutori nostro, \* iubilate Deo Iacob.

Sumite psalmum et date tympanum, \* psalterium iucundum  
cum cithara.

Bucinate in neomenia tuba, \* in die plenae lunae, in sollem-  
nitate nostra.

Quia praeceptum in Israel est, \* et iudicium Deo Iacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud, + cum exiret de terra  
Aegypti; \* sermonem quem non neveram, audivi:

“Diverti ab oneribus dorsum eius; \* manus eius a cophino  
recesserunt.

In tribulatione invocasti me et liberavi te, + exaudivi te in  
abscondito tempestatis, \* probavi te apud aquam Meriba.

Audi, populus meus, et contestabor te; \* Israel, utinam au-  
dias me!

Non erit in te deus alienus, \* neque adorabis deum extra-  
neum.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, + qui eduxi te de terra  
Aegypti; \* dilata os tuum, et implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam, \* et Israel non  
intendit mihi.

Et dimisi eos secundum duritiam cordis eorum, \* ibunt in  
adventionibus suis.

Si populus meus audisset me, \* Israel si in viis meis ambu-  
lasset!

In brevi inimicos eorum humiliassem \* et super tribulantes  
eos misissem manum meam.

Inimici Domini blandirentur ei, \* et esset sors eorum in  
saecula;

et cibarem eos ex adipe frumenti \* et de petra melle saturarem eos".

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Servite Domino Deo vestro, et nolite adorare deos alienos, quia Dominus sanctus est. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob.

*Oratio* (Br Goth 156)

Tibi adiutori nostro Domino,  
exultatione fidei et spei plaudentes oramus,  
ut petitio nostra in tribulatione diffusa  
tuis auribus appropinquet,  
et necessitatum nostrarum causas insinuet:  
tua quippe bonitas singulorum precibus semper adsit,  
ut liberes;  
et ereptis nobis tribue desiderii ardorem ad te pertendere,  
et unitatem trinae maiestatis devote concorditer clamitare;  
ut, tuis semper laudibus dediti,  
tuarum iustificationum tramitem assecuti  
in te quaesumus exultationis ornamenta,  
et spei remedia et fidei acquiramus coronam.

*R/ Amen.*

Praestante sua misericordia qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 48* (Br Goth 174)

*Antiphona* (Br Goth 174)

(Cfr. Ioel 2,12; 1Sam 7,3; Ps 48,2)

In toto corde vestro convertimini ad Deum, et auferte deos alienos de medio vestri, et servite Domino soli, et liberavit vos de manu inimicorum vestrorum. Audite haec omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem.

Audite haec omnes gentes, \* auribus percipite, omnes, qui habitatis orbem:

quiique humiles et viri nobiles, \* simul in unum dives et pauper!

Os meum loquetur sapientiam \* et meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam, \* aperiam in psalterio aenigma meum.

Cur timebo in diebus malis, \* cum iniqüitas supplantantium circumdabit me?  
Qui confidunt in virtute sua \* et in multitudine divitiarum suarum gloriantur.  
Etenim seipsum non redimet homo; \* non dabit Deo propitiationem suam.  
Nimum est pretium redemptionis animae eius: + ad ultimum deficiet, \* ut vivat usque in finem, nec videat interitum.  
Et videbit sapientes morientes; + simul insipiens et stultus peribunt \* et reliquent alienis divitias suas.  
Sepulcra eorum domus illorum in aeternum; + tabernacula eorum in progeniem et progeniem, \* etsi vocaverunt nomini- bus suis terras suas.  
Et homo, cum sit in honore, non permanebit; + comparatus est iumentis, quae pereunt, \* et similis factus est illis.  
Haec via illorum, quorum fiducia in semetipsis, \* et finis eorum, qui complacent in ore suo.  
Sicut oves in inferno positi sunt, \* mors depascet eos;  
descendent praecipites ad sepulcrum, + et figura eorum erit in consumptionem: \* infernus habitaculum eorum.  
Veruntamen Deus redimet animam meam, \* de manu inferi vere suscipiet me.  
Ne timueris, cum dives factus fuerit homo \* et cum multiplicata fuerit gloria domus eius,  
quoniam, cum interierit, non sumet omnia, \* neque descendet cum eo gloria eius.  
Cum animae suae in vita ipsius benedixerit: \* “Laudabunt te quod benefecisti tibi”,  
tamen introibit ad progeniem patrum suorum, \* qui in aeternum non videbunt lumen.  
Homo, cum in honore esset, non intellexit; + comparatus est iumentis, quae pereunt, \* et similis factus est illis.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* In toto corde vestro convertimini ad Deum, et auferte deos alienos de medio vestri, et servite Domino soli, et liberavit vos de manu inimicorum vestrorum. Audite haec omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem.

*Responsorium* (Br Goth 174)

(Cfr. Ex 16,10; Is 33, 5-6)

Apparuit claritas Dei in nube.  
 Sicut in temporibus Moysi.  
 Et manifestabitur quemadmodum Salomon deprecatus est.  
 V/ Manifestatus est Dominus, quoniam habitavit in excelso;  
 implevit Sion iudicio et iustitia,  
 et erit fides in temporibus suis.  
 R/ Sicut in temporibus Moysi.  
 Et manifestabitur quemadmodum Salomon deprecatus est.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Sicut in temporibus Moysi.  
 Et manifestabitur quemadmodum Salomon deprecatus est.

*Preces* (Br Goth 174)

Clamamus ad te, Deus, exaudi nos.  
 R/ Et a flagello irae tuae libera.  
 V/ Contritos fove, et humiliatos tuere,  
 elisos erige, deprecantibus miserere.  
 R/ Et a flagello irae tuae libera.  
 V/ Deus excelse, clamorem nostrum attende,  
 peccata dimitte, et pluviam cito largire.  
 R/ Et a flagello irae tuae libera.  
 V/ Exaudi flentes et consolare lugentes;  
 gaudium captivis, et patriam redde peregrinis.  
 R/ Et a flagello irae tuae libera.

*Supplicatio* (Br Goth 174-175)

Oremus.  
 Auctorem lucis Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus:  
 ut nos claritate sua propitiis illustrare dignetur.  
 R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.  
 Kyrie eleison.  
 R/ Christe eleison. Kyrie eleison.

*Compleuria* (Br Goth 175-176)

Aperiatur, quaesumus, Domine, os nostrum sapientia;  
 et corde meditemur, et lingua loquamus prudentiam:  
 et ne iumentis insipientibus comparemur,  
 disciplinis divinae legis erudiamur;

ut te solummodo intelligentia nostra assequens ambiat,  
quem aeterno in gaudio cum sanctis omnibus laudans,  
praemia sempiterna suscipiat.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

### **Ad sextam**

(*Ad sextam, omnia dicantur ut in sexta,  
quae dicitur per totum annum*)

*Psalmus 53 (BrGoth 953)*

*Antiphona (Br Goth 953)*

(Ps 53, 3)

Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua iudica  
me.

Deus, exaudi orationem meam, \* auribus percipe verba oris  
mei!

Quoniam superbi insurrexerunt adversum me, + et fortes  
quaesierunt animam meam \* et non proposuerunt Deum an-  
te conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuvat me, \* et Dominus susceptor est ani-  
mae meae.

Converte mala super inimicos meos \* et in veritate tua dis-  
perde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, \* confitebor nomini tuo, Domine,  
quoniam bonum est;  
quoniam ex omni tribulatione eripuit me, \* et super inimicos  
meos despexit oculus meus.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Psalmus 118, 121-128 (Br Goth 953)*

Feci iudicium et iustitiam; \* non tradas me calumniantibus me.  
 Sponde pro servo tuo in bonum; \* non calumnientur me superbi.  
 Oculi mei defecerunt in desiderio salutaris tui \* et eloquii iustitiae tuae.  
 Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam \* et iustificationes tuas doce me.  
 Servus tuus sum ego; \* da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.  
 Tempus faciendi Domino; \* dissipaverunt legem tuam.  
 Ideo dilexi praecepta tua \* super aurum et obryzum.  
 Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, \* omnem viam mendacii odio habui.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Psalmus 118, 129-136 (Br Goth 953)*

Mirabilia testimonia tua, \* ideo servavit ea anima mea.  
 Declaratio sermonum tuorum illuminat \* et intellectum dat parvulis.  
 Os meum aperui et attraxi spiritum, \* quia praecepta tua desiderabam.  
 Convertere in me et miserere mei \* secundum iudicium tuum cum diligentibus nomen tuum.  
 Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, \* et non dominetur mei omnis iniquitas.  
 Redime me a calumniis hominum, \* ut custodiam mandata tua.  
 Faciem tuam illumina super servum tuum \* et doce me iustificationes tuas.  
 Rivulos aquarum deduxerunt oculi mei, \* quia non custodierunt legem tuam.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Psalmus 118, 137-144 (Br Goth 953)*

Iustus es, Domine, \* et rectum iudicium tuum.  
 Mandasti in iustitia testimonia tua \* et in veritate nimis.  
 Consumpsit me zelus meus, \* quia oblii sunt verba tua ini-mici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer, \* et servus tuus dilexit illud.

Adulescentulus sum ego et contemptus; \* mandata tua non sum oblitus.

Iustitia tua iustitia in aeternum, \* et lex tua veritas.

Tribulatio et angustia invenerunt me; \* praecepta tua delectatio mea est.

Iustitia testimonia tua in aeternum; \* intellectum da mihi, et vivam.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua iudica me.

*Responsorium* (Br Goth 954)

(Cfr. Ps 122,1)

Miserere, miserator; miserere nobis.

V/ Ad te levamus oculos nostros, qui habitas in caelis.

R/ Miserere nobis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, in saecula saeculorum. Amen.

R/ Miserere nobis.

*Lectio* (Br Goth 954)

(Mich 6,8)

Lectio libri Michaeae Prophetae.

R/ Deo gratias.

In dielus illis: Locutus est Michaeas, dicens: Indicatum est tibi, o homo, quid sit bonum et quid Dominus quaerat a te: utique facere iudicium et diligere caritatem et sollicitum ambulare cum Deo tuo.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 954)

(Rm 7,24-25)

Epistola Pauli Apostoli ad Romanos.

R/ Deo gratias.

Fratres: Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratias autem Deo per Iesum Christum Dominum nostrum!

R/ Amen.

*Hymnus* (Br Goth 954)

Rector potens, verax Deus,  
qui temperas rerum vices,  
splendore mane instruis,  
et ignibus meridiem.

Extingue flamas litium,  
aufer calorem noxiun,  
confer salutem corporum,  
veramque pacem cordium.

Praesta, pater piissime,  
Patrique comprar Unice,  
cum Spiritu Paraclito  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Clamores* (Br Goth 955)

(Cfr. Ps 50,13; Ps 90,6)

Ne proicias nos, Deus, a facie tua;  
et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a nobis.  
V/ A ruina, et daemonio meridiano,  
Deus sancte custodi nos.

R/ Ne proicias nos, Deus, a facie tua;  
et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a nobis.  
V/ A ruina, et daemonio meridiano,  
Deus sancte custodi nos.

R/ Ne proicias nos, Deus, a facie tua;  
et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a nobis.  
V/ A ruina, et daemonio meridiano,  
Deus sancte custodi nos.

*Supplicatio* (Br Goth 955)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nobis auxilium de caelo,  
et misericordiam suam largam propitius tribuere dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Compleuria* (Br Goth 955)

Deus, qui horarum tempora consecras,  
sextae horae curriculo  
pro mundi salvatione triumphasti in crucis patibulo;  
tibi et Ecclesia tua sub huius sanctificatione temporis,  
et mentis obsequia defert, et confessionis pecamina profert.  
Proinde rogamus,  
ut ita huius celebritatis obsequia tibi depromamus,

dum vivimus,  
ut ad te coronandi meramur venire post transitum.

*R/ Amen.*

Tua protegente misericordia, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

*Supplicatio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 955)

*Diac.* Humiliate vos benediction Deo.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Salutare tuum Domine, famulis tuis tribuere dignare.

*R/ Amen.*

Orationes suscipe, petitiones supple, et peccata dimitte.

*R/ Amen.*

A languoribus cura,  
et fidelium pectora  
a delictorum maculis purga.

*R/ Amen.*

Adiuvante tua dextera, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio feriali*)

**Ad nonam***(Ad nonam dicantur ut in secundo die praeterito ieiuniorum)***OFFICIUM IN DIEM APPARITIONIS DOMINI****Ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario in officio festivo)**Vespertinum* (AL, 113; T35.7, 390; Br Goth 175)

(Cfr. Ier 31,35; cfr. Is 51,15; Ps 146,4; Iob 9,7; 26,13)

Qui fecit solem in splendore diei,  
lunam et stellas in lumine noctis.

*V/ Qui turbat mare et resonat fluctus eius,  
Dominus omnipotens nomen est illi.*

*R/ Et stellas in lumine noctis.*

*V/ Qui numerat multitudinem stellarum,  
et omnibus eis nomina vocat.*

*R/ Et stellas in lumine noctis.*

*V/ Qui claudit stellas et ponet eas quasi sub signaculo.*

*R/ Et stellas in lumine noctis.*

*V/ Qui ornavit caelos claritate solis,  
ipsum adorent principes terrae.*

*R/ Et stellas in lumine noctis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et stellas in lumine noctis.*

*Oratio* (Br Goth 175)

Domine, apud quem est fons vitae,  
in cuius lumine aspicimus lumen;  
enutri nos in tuae scientiae splendorem:  
ut sitientibus nobis vitalem impartias potum;  
et caligantium animarum  
superno lumine restituas intellectum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (AL, 113; T35.7, 391; Br Goth 175)

(Cfr. Ps 71,17.7-11)

Ante solem permanet nomen Domini,  
et ante lunam sedes eius,  
et benedicentur in eo omnes tribus terrae,  
omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Orietur in diebus eius iustitia  
et abundantia pacis donec extollatur luna,  
et dominabitur a mari usque ad mare  
et fluminibus usque ad fines terrae,  
coram illo Etiopes procident.

R/ Omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Reges Tharsis et insulae munera offerunt,  
reges arabum et Sabaa dona adducent,  
et adorabunt eum in conspectu eius omnes reges terrae.

R/ Omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

*Antiphona* (AL, 113; T35.7, 392; Br Goth 177)

(Cfr. Is 60,1-3; 51,17)

Ierusalem, in te apparebit Dominus  
et honor eius in te videbitur,  
et ibunt gentes in lumine tuo,  
et reges in splendore tuo ambulabunt.

V/ Ierusalem, quae bibisti de manu Domini calicem irae eius.

R/ Et ibunt gentes in lumine tuo,  
et reges in splendore tuo ambulabunt.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et ibunt gentes in lumine tuo,  
et reges in splendore tuo ambulabunt.

*Antiphona* (AL, 114; T35.7, 393)

(Cfr. Zach 14,16; Ps 86,3)

Ierusalem,  
ab extrema terrae per singulos annos ad te venient  
ut adorent Dominum omnipotentem  
et celebrent festivitatem gloriae.

V/ Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

R/ Ut adorent Dominum omnipotentem

et celebrent festivitatem gloriae.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Ut adorent Dominum omnipotentem  
 et celebrent festivitatem gloriae.

*Alleluiaiticum* (AL, 114; T35.7, 394)

(Cfr. Is 60,2; Ps 147,1)

Ierusalem, super te orietur Dominus, alleluia;  
 et gloria eius in te videbitur, alleluia, alleluia.  
 V/ Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.  
 R/ Et gloria eius in te videbitur, alleluia, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Et gloria eius in te videbitur, alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 176; T35.7, 395)

Illuminans Altissimum  
 micantium astrorum globum.  
 Pax, vita, lumen, veritas.  
 Iesu, fave precantibus.

Sed mystico baptismate  
 fluenta Iordanis, retro  
 conversa quodam tempore,  
 praesenti sacravit die.

Seu stella partum Virginis  
 caelo micans signaverit.  
 Et hic adoratus die,  
 praesepe Magos duxerit.

Vel hydriis plenis aquae  
 vini saporem infunderit,  
 hausit minister conscientius,  
 quod ipse non impleverat.

Aquas colorari videns  
 ineibriari flumina,  
 mutata elementa stupent  
 transire usus alteros.

Sic quinque millibus viris  
 dum quinque panes dividunt,  
 edentium sub dentibus  
 in ore crescebat cibus.

Multiplicabatur magis  
 dispendio panis suo,  
 qui haec videns mirabatur  
 iuges meatus fontium.

Inter manus frangentium  
 panis rigatur profluus,  
 intacta, quae non fregerant  
 fragmenta subrepunt viri.

Memento salutis Auctor,  
 quod nostri quondam corporis,  
 ex illibata Virgine  
 nascendo formam sumpseris.

Gloria tibi Domine,  
 qui natus es de Virgine,  
 cum Patre et Sancto Spiritu  
 in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL, 114; T35.7, 395)

(Ps 71,17)

V/ Ante solem permanet nomen eius.

R/ Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 176)

Oremus.

Auctorem lucis Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus,  
ut nos, lumine claritatis suae,  
propitius illuminare et illustrare dignetur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison. Kyrie eleison.

*Completuria* (OV 386; T35.7, 396; Br Goth 176-177)

Alpha et omega, initium et finis,  
Deus et Homo, infinitus et praefinitus;  
in quo et principium deitas  
et ultimum sentitur humanitas,  
excedens omnia, vivificans cuncta,  
et continens universa:  
miserere nobis, qui dignatus es nasci pro nobis,  
dum in te perennes, et nobis appares;  
dum in te subsistis, et nobis subvenis;  
dum nusquam a Patre potentialiter dees,  
et ad salvandos miseros clementialiter ades;  
dum caelestia reples, et terrena non deseris:  
perfice in nobis, quaesumus, beneficium piissimi Redemptoris,  
dum conservas gloriam inaestimabilis Conditoris;  
ut, pietate, qua redemptor assistis,  
indulctor quoque criminum sentiaris.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Petitio*

(Ut in ordinario in officio festivo)

*Benedictio* (OV, 387; T35.7, 397; Br Goth 177)*Diac:* Humiliate vos benedictioni.*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.*R/* Et cum spiritu tuo.

Benedicat vobis Alpha et Omega cognominatus,  
omnipotentis Dei Patris, Unigenitus Filius.

*R/ Amen.*

Qui est initium et finis,  
ipse vos secum victuros attollat temporibus infinitis.

*R/ Amen.*

Atque erectos a malis, ita illustret lumine claritatis,  
ut vos et gloriae praemiis, et donis ditet aeternitatis.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia, qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto, unus Deus,  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.**Psallendum* (AL, 114; T35.7, 398)

(Cfr. Is 52,1; cfr. Apc 21,18.21)

Ierusalem, civitas sancta, ornamentis martyrum decorata,  
cuius plateae resonant laudes de die in diem.

Plateae Ierusalem et muri eius ex auro mundo,  
portae eius margaritae ornatae,  
et per omnes vicos resonat alleluia.

*Oratio* (Br Goth 177)

Domine Deus,  
qui adventum Unigeniti Filii tui  
Ioannem puerum praecurrere voluisti;  
ut missus a te,  
viam Christo incredulorum cordibus praepararet,  
sanando contribulatos corde,  
et caecis restituendo luminis claritatem:  
suffragio eius et caecitatem cordis illumina,  
et tribulationes cordium nostrorum  
in aeternum gaudium muta;  
ut qui nativitatem Unigeniti Filii tui

gaudio christiano attollimus,  
in adventu iudicii eius nullis poenarum vinculis contristemur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

**Ad officium matutinum**

*Psalmus LXXI*

*Antiphona* (AL, 114; T35.7, 399)

(Ps 71,17)

Ante solem permanet nomen eius.

Deus, iudicium tuum regi da \* et iustitiam tuam filio regis;  
iudicet populum tuum in iustitia \* et pauperes tuos in iudicio.  
Afferant montes pacem populo, \* et colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi + et salvos faciet filios inopis \* et  
humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole et ante lunam, \* in generatione et  
generationem.

Descendet sicut pluvia in gramen \* et sicut imber irrigans  
terram.

Florebit in diebus eius iustitia et abundantia pacis, \* donec  
auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare \* et a Flumine usque  
ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident incolae deserti, \* et inimici eius terram  
lingent.

Reges Tharsis et insulae munera offerent, \* reges Arabum et  
Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges, \* omnes gentes servient ei.

Quia liberabit inopem clamantem \* et pauperem, cui non  
erat adiutor.

Parcet pauperi et inopi \* et animas pauperum salvas faciet.  
Ex oppressione et violentia redimet animas eorum, \* et pre-  
tiosus erit sanguis eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiae, + et orabunt pro ipso

semper; \* tota die benedicent ei.  
 Et erit ubertas frumenti in terra, \* in summis montium fluctuabit;  
 sicut Libanus fructus eius \* et florebit de civitate sicut fenum terrae.  
 Sit nomen eius benedictum in saecula, \* ante solem permanebit nomen eius.  
 Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae, \* omnes gentes magnificabunt eum.  
 Benedictus Dominus Deus, Deus Israel, \* qui facit mirabilia solus.  
 Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum; \* et replebitur maiestate eius omnis terra. Fiat, fiat.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saecularorum. Amen.

*Ant.* Ante solem permanet nomen eius.

*Vel*

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 114; T35.7, 399)

Gloria tibi, Rex unigenite.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Gloria tibi, Rex unigenite.

*Collecta de psalmo LXXI vel de psalmo III*

(OV 360; Em 30, 1003; T35.7, 400; L4, 376)

Tibi semper gloria,  
 cuius gloriam in assumpto homine vidimus,  
 quasi gloriam Unigeniti a Patre,  
 plenum gratia et veritate;  
 praesta ergo nobis, quaesumus, abundantia pietatis,  
 te pro nobis humilem fide agnoscere veritatis,  
 et coaeternum Patri credere permanentem in gloria deitatis.  
*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa I*

*Antiphona* (AL, 114; T35.7, 401; Br Goth 178)

(Cfr. Mt 2,1-2; Ps 71,2)

In diebus Herodis regis,  
ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolimam dicentes:  
ubi est qui natus est rex Iudeorum?.

Vidimus enim stellam eius in Oriente,  
et venimus adorare eum.

V/ Deus iudicium tuum regi da,  
et iustitiam tuam filio regis.

R/ Vidimus enim stellam eius in Oriente,  
et venimus adorare eum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Vidimus enim stellam eius in Oriente,  
et venimus adorare eum.

*Oratio* (OV, 388; T35.7, 402; Br Goth 178)

Rex omnium saeculorum, Christe Deus altissime,  
qui in diebus Herodis regis, de virgine natus,  
Magis te quaerentibus, novi es in sidere declaratus;  
appareat in nobis virtutis tuae praesidium,  
ad depellendas omnes pernicies tenebrarum,  
quo sic maiestatis tuae sidus in nobis resplendeat;  
ut, ad te quaerendum,  
nulli se nobis errorum obices interponant;  
quo et, ad te videndum curramus alacriter,  
et, te viso, iucundemur instanter.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL 114; T35.7, 403)

(Cfr. Mt 2,7-8; cfr. Ps 71,7)

Herodes occulte vocavit Magos  
et misit eos in Bethlehem dicens:  
ite et interrogate de puerō diligenter,  
et dum inveneritis eum nuntiate mihi,  
ut et ego veniens adorem eum.

V/ Orietur in diebus eius iustitia, donec extollatur luna.

R/ Ut et ego veniens adorem eum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ut et ego veniens adorem eum.

*Oratio* (OV, 389; T35.7, 404; Em 30, 1085)

Deus qui Magos, errorum principes,  
stellae fulgentis indicio subsequentes,  
ad agnitionem veritatis per viam recti itineris adduxisti,  
et de manu persecutoris ut princeps pacificus liberasti,  
quos utique Herodes occulte vocans,  
ut ad te accederent instruebat,  
simulantis decipula, dum te reperiunt viam:  
te quaesumus, ut in ecclesia tua pacis iura conserves,  
et nos ab omnibus scandalis et tentatoribus liberes;  
ut qui in fide catholica  
sacramentorum tuorum sumus usquequaque custodes,  
cum omnibus sanctis  
aeternae beatitudinis haberi mereamur participes.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Alleluiaiticum* (AL, 115; T35.7, 405; Em 30, 1086)

(Cfr. Mt 2,9.11; Ps 146,4)

Praecedens magos stellam stetit supra ubi erat puer, alleluia;  
et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria, alleluia;  
et procidentes adoraverunt, alleluia, alleluia.

V/ Qui numerat multitudinem stellarum,  
et omnibus eis nomina vocans.

R/ Et procidentes adoraverunt, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et procidentes adoraverunt, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV, 390; T35.7, 406; Br Goth 183)

Christe, Filius Dei,  
qui praecessione radiantis stellae  
te ipsum in praesepio positum  
Magis te quaerentibus voluisti ostendere;

praecedente nos vel subsequente gratia tua,  
aeternum nobis sidus refulgeat,  
quo te quotidie inveniamus edendum,  
qui cibus factus es redemptorum.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suae, qui est benedictus,  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 115; T35.7, 407; Em 30, 1087; Br Goth 178)  
(Cfr. Ez 26, 15-16; Ps 71,10)

Ierusalem, ecce apparuit in te Rex regum,  
et commovebuntur insulae de locis suis,  
omnes principes gentium descendenter de thronis suis,  
et auferent diadema de capita sua  
ut offerant ei cum lapidibus pretiosis aurum mundum.

*V/ Reges Tharsis et insulae munera offerunt;*  
*reges Arabum et Saba dona adducent.*

*R/ Ut offerant ei cum lapidibus pretiosis aurum mundum.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ut offerant ei cum lapidibus pretiosis aurum mundum.*

*Oratio* (OV, 391; T35.7, 408; Em 30, 1088; Br Goth 178)

Deus, Dei Filius, Patris summi ineffabilis virtus,  
qui novo sidere in gentibus rex regum ostenderis magnus,  
et in civitate illa beata appares gloriosus;  
quem insulae tremunt,  
cui principes et nationes gentium obsequuntur,  
dum tibi omnia regna cedunt,  
tibique regum diademata substernuntur;  
dignare iam per gratiam,  
nostris te ostendere in sensibus pium,  
et in conversationibus manifestum;  
ut, primitias spiritus habentes,  
ea tibi semper munera dedicemus,  
per quem introire beatam illam Ierusalem  
pacatis cordibus mereamur,  
ubi, tibi mundissimum aurum nostrorum operum deferentes,  
regni tui mereamur esse participes.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa II*

*Antiphona* (AL, 115; T35.7, 409)

(Ps 28,3)

Venit Jesus a Galilea ad Ioannem ut baptizaretur ab eo,  
et dixit ad eum:

Ioannes, ego a te debedo baptizari,  
et ait ad eum: Domine, sine modo  
sic enim nos opportet impleri omnem iustitiam.

*V/ Vox Domini super aquas,*  
Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.

*R/ Domine, sine modo*  
sic enim nos opportet impleri omnem iustitiam.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Domine, sine modo*  
sic enim nos opportet impleri omnem iustitiam.

*Oratio* (OV, 392; T35.7, 410)

Domine Iesu Christe,  
qui Iordanis alveum et baptizandus et sanctificaturus intrasti,  
quo documento  
iustitiae et humilitatis monstrares exemplum,  
et sanctificationis perficeres beneficium;  
purifica conscientiam nostram  
inexhausto tui munera dono,  
quo in baptismi sacramento,  
et Patris vocem, et Filii proprietatem,  
et Spiritus Sancti manifestam probamus ostensionem,  
dum in mysterio beatae Trinitatis  
perficitur plenitudo nostrae salutis.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante et auxiliante,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 115; T35.7, 411)

(Ps 76,17)

Ioannes testimonium perhibuit de illo dicens:  
 vidi caelos apertos, et descendit Spiritus Sanctus  
 corporali specie quasi columba in ipso,  
 et ego vidi, et testimonium perhibeo quia hic est Filius Dei.

*V/ Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae  
 et timuerunt, et turbatae sunt abyssi.*

*R/ Et ego vidi, et testimonium perhibeo  
 quia hic est Filius Dei.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et ego vidi, et testimonium perhibeo  
 quia hic est Filius Dei.*

*Oratio* (OV, 393; T35.7, 412; Em 30, 1089)

Christe, rex noster et Domine,  
 super quo baptizato, perhibentis Ioannes testimonio,  
 credimus Spiritum Sanctum  
 in columbae speciem descendisse:  
 praebet nobis, ita mysteriorum tuorum arcana cognoscere,  
 quatenus id virtutibus proficiat, non ruinae;  
 ut, qui de te visionem percipimus gloriae,  
 nulla inflamur superbiae vanitate;  
 quo alta nos sic semper miraculorum cognitio  
 ad aethera pertrahat,  
 ut nullus vanitatis turbo corrumpat;  
 ut qui aquis Iordanis per ministrum humilem tingueris,  
 nos in te iam renatos eleves a peccatis.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in Trinitate unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 115; T35.7, 413; Em 30, 1090)

(Ps 113, 3)

Ierusalem, descenderunt filii tui e medio Iordanis,  
 ut tingeretur aqua benedictionis, alleluia, alleluia.  
*V/ Mare vidit et fugit, Iordanis conversus est retrorsum.*  
*R/ Ut tingeretur aqua benedictionis, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*

in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Ut tingeretur aqua benedictionis, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV, 394; T35.7, 414; Em 30, 1091)

Deus omnipotens,  
cuius continuo filii efficimur,  
dum tinctione salutaris aquae purgamur:  
fac nos ita benedictionis tuae percipere donum,  
ut merito supernae illius Ierusalem filii appellemur;  
ut qui gentibus es manifestatus in sidere,  
credentibus appareas in salutem;  
et qui nos renovasti benedictionis aqua per lavacrum,  
renoves in futuro per indultae gratiae repromissum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 115; T35.7, 415)

(Is 60,11)

Ierusalem, erit tibi Dominus lux aeterna,  
et Deus honor tuus,  
non enim in hoc casu tibi veniet sol et luna,  
tibi non deficiet in aeternum tempus.

*V/ Aperientur portae tuae iugiter,*  
*die ac nocte non claudentur.*

*R/ In aeternum tempus.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ In aeternum tempus.*

*Oratio* (OV, 395; T35.7, 416; Br Goth 177)

Fac nos, Domine, beatae illius Ierusalem visione laetari,  
et in gremio eius perpetua iucunditate attolli,  
in qua te, lux aeterna, radiare promittis,  
et cuius honor esse polliceris:  
largire ergo nobis, eius desiderio carnalibus exui nugis,  
et vestiri virtutibus copiosis;  
ut eam, cui tu apprendo factus es indeficiens lumen,  
nos amplectamur semper meritis genetricem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa III*

*Antiphona* (AL, 116; T35.7, 417; Em 30, 1092; Br Goth 179)  
(Cfr. Mt 2,8; Ps 71,17)

Interrogabat Magos Herodes  
quod signum vidissent super natum Regem;  
stellam vidimus fulgentem cuius splendor illuminat orbem,  
et venimus adorare eum.

Quaerite diligenter Puerum, ut et ego veniens adorem eum.

*V/ Ante solem permanet nomen eius,*  
*et benedicentur in ipso omnes tribus terrae.*

*R/ Quaerite diligenter Puerum,*  
*ut et ego veniens adorem eum.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Quaerite diligenter Puerum,*  
*ut et ego veniens adorem eum.*

*Oratio* (OV, 396; T35.7, 418; Br Goth 179)

Domine Iesu Christe,  
qui ad interrogationem Herodis,  
ita Magorum ora praeconio veritatis tuae irradias,  
ut te regem regum per eos nuntiatum ostendas;  
dum se vidisse aiunt stellae refulgentis indicium,  
quod mundum illuminet universum:  
te quaesumus, te precamur;  
ut des in ecclesia tua visionis tuae lumen optatum,  
appareas etiam in ea sidus omnibus pretiosum;  
quo nulla adversarii interrogatione deterriti,  
sic magnalia tua praedicemus ore diffusso,  
ut aeternae lucis radiem usquequaque praesidio.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 116; T35.7, 419; Br Goth 178-179)  
 (Ps 71, 10-12; Ps 67,32)

Reges Tharsis et insulae munera offerunt,  
 reges Arabum et Sabaa dona adducent;  
 et adorabunt in conspectu eius omnes reges terrae,  
 omnes gentes serviunt ei;  
 quoniam ipse liberabit egenum a potente,  
 et pauperem cui non erat adiutor.

V/ Venient legati ex Aegypto,  
 Aethiopia praeveniet manus eius Deo.

R/ Quoniam ipse liberabit egenum a potente,  
 et pauperem cui non erat adiutor.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quoniam ipse liberabit egenum a potente,  
 et pauperem cui non erat adiutor.

*Oratio* (OV, 397; T35.7, 420; Em 30, 1093; Br Goth 179)

Domine Iesu Christe,  
 cui reges et insulae munera offerunt;  
 qui invicta virtute liberare venisti pauperem a potente,  
 et ex hostis antiqui potentia,  
 fragile humanum genus eripere miseratione superna;  
 cum nos a te prolongati,  
 tuarumque miserationum inopes facti,  
 illius nequitati subditi,  
 vinculisque peccaminum teneremur addicti:  
 sic tua nos iam nunc pietas,  
 et ab eius saevitia eruat,  
 et restitutos tibi secum permansuros commendet;  
 ut, qui nos te miserante redemptos fatemur,  
 remunerati, te donante, postmodum gloriemur.

R/ Amen.

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Alleluiatricum* (AL, 116; T35.7, 421; Em 30, 1094; Br Goth 180)  
 (Is 45,14; Ps 118,89)

Viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt, alleluia;  
 post te ambulabunt et te adorabunt, Domine,

alleluia, alleluia.

*V/ In aeternum Domine, verbum tuum permanet in caelo.*

*R/ Post te ambulabunt et te adorabunt, Domine,  
alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Post te ambulabunt et te adorabunt, Domine,  
alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV, 398; T35.7, 422; Em 30, 1095; Br Goth 180)

Adorabunt te, Domine Iesu Christe,  
omnes viri sublimes atque excelsi terrae,  
quoniam ipse, ut salvares homines,  
humilis nasci es dignatus in terris;  
in te enim vere Deus est,  
quia tu Verbum in carne absconditum, non mutatum,  
unum cum Patre possides regnum:  
confundantur proinde omnes qui adversantur tibi,  
dum aut sic erubescunt ut ad te redeant,  
aut in te confunduntur, si ad te minime convertantur;  
noster ergo Salvator salvandis nobis appareas,  
cum nos in te credere, et ad te transire,  
et te toto corde diligere praestas.

*R/ Amen.*

Regnante Domino nostro Iesu Christo,  
qui vivit cum Patre, et regnat cum Spiritu Sancto  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 116; T35.7, 423; Br Goth 182)

(Ps 116, 1)

Fulget caelum et terra splendet a claritate Dei,  
quia processit de habitaculo sancto suo  
sanare contribulatos corde et caecis reddere lumen.

Gaudete hodie universae gentes,  
quia in medio vestri Salvator apparuit, iam nolite pavere.

*V/ Laudate Dominum omnes gentes,  
et collaudate eum omnes populi.*

*R/ Quia in medio vestri Salvator apparuit, iam nolite pavere.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Quia in medio vestri Salvator apparuit, iam nolite pavere.*

*Oratio* (OV, 399; T35.7, 424; Em 30, 1096; Br Goth 182)

Fulget, Domine, caelum rutila serenitate astrorum,  
 terraque ipsa refulgenti lumine serenatur,  
 quia apparere dignatus es mundo de habitaculo sancto tuo;  
 sana ergo cordis nostri maestitiam,  
 qui ad hoc venisti, ut redimas universa;  
 illudque nostris oculis lumen attribue,  
 quo te purificati semper mereamur aspicere;  
 ut, qui apparitionis tuae gaudia laetabunda  
 nuntiamus in gentibus,  
 infinita tecum laetitia gaudeamus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

#### *Missa IV*

*Antiphona* (AL, 116; T35.7, 425; Em 30, 1097; Br Goth 181)  
 (Nm 24, 16-17; Ps 109,3)

Dixit auditor sermonum Domini,  
 qui visionem Omnipotentis intuitus est:  
 videbo eum, sed non modo intuebor illum, sed non prope,  
 oriatur stella ex Iacob, et consurget homo de Israel.

*V/ Tecum principium in die virtutis tuae,*  
*in splendoribus sanctorum,*  
*ex utero ante luciferum genui te.*

*R/ Orietur stella ex Iacob, et consurget homo de Israel.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Orietur stella ex Iacob, et consurget homo de Israel.*

*Oratio* (OV, 400; T35.7, 426; Br Goth 181-182)

Tu es, Domine, stella veritatis, oriens ex Iacob,  
 homoque consurgens ex Israel,  
 et in novo sidere ostenderis Deus,  
 et in praesepio positus Deus et homo,  
 unus crederis Christus:  
 propter magnam ergo misericordiam tuam  
 visionis tuae nobis proroga gratiam,

appareat in nobis lucis tuae radiabile signum,  
 quod expellat omnes tenebras vitiorum;  
 ut, qui visionis tuae desiderio anhelamus,  
 visionis tuae praemio consolemur.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
 qui cum Patre et Sancto Spiritu, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 116; T35.7, 427; Br Goth 182)

(Apc 22,13.16-17; Ps 64,10)

Ego sum alpha et omega,  
 primus et novissimus, principium et finis,  
 ego sum radix et genus David,  
 stella splendida et matutina;  
 Spiritus et Sponsa dicunt: veni,  
 et quae sitit veniat et accipiet aquam vitae gratis.

*V/ Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum.*

*R/ Et quae sitit veniat et accipiet aquam vitae gratis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et quae sitit veniat et accipiet aquam vitae gratis.*

*Oratio* (OV, 401; T35.7, 428; Br Goth 182)

Alpha et omega, principium et finis, radix, genus, filius,  
 Dominusque David, Christus, Deus et homo,  
 per quem utique est ille, ex quo esse dignatus es:  
 esto nobis propitius,  
 dum nos et, ut David, Dominus regis,  
 et, ut humilis misericors redimis;  
 ut, sceptro tuo subiciens devotionem nostram,  
 solus nos possideas in aeternum,  
 qui solus victor factus es infernorum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 117; T35.7, 429)

(Cfr. Lc 1,78-79; Ps 111,4)

Visitabit nos oriens ex alto  
 ut luceret eis qui in tenebris sunt,  
 ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, alleluia, alleluia.  
*V/ Exortum est in tenebris lumen rectis,*  
*misericors et miserator et iustus.*  
*R/ Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis,*  
*alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis,*  
*alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV, 402; T35.7, 430)

Domine Iesu Christe, quo oriente visitati sumus ex alto;  
 ambulantibus in tenebris lux magna resplende,  
 et sedentibus in regione umbrae mortis vitale lumen appare,  
 ut, dum fulgore tuo peccatorum tenebras effugaveris,  
 virtute tua mortis potestatem evacues;  
 quo sic te nunc apparente illustremur,  
 ut, te regnante, a mortis imperio liberemur.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante, qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto,  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 117; T35.7, 431; Em 30, 1098)

(Ps 92,1)

Sedet Rex in throno Patris sui,  
 quia praeparatum est regnum illius nimis,  
 quia a Domino datum est regnum  
 et dedit Dominus requiem populo suo,  
 quia suscitabit regem sapientem universae terrae.  
*V/ Dominus regnabit decorem induit,*  
*induit Dominus fortitudinem et praencixit se virtutem.*  
*R/ Quia suscitabit regem sapientem universae terrae.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Quia suscitabit regem sapientem universae terrae.*

*Oratio* (OV, 415; T35.7, 432; Br Goth 654-655)

Rex regum immense,  
 qui in throno Patris sedens, patriumque solium retinens,  
 non ad iudicandum sed ad salvandum mundum venisti:  
 da requiem populo tuo ab omnibus oneribus,  
 quibus onerati consistimus;  
 ut, qui apparuisti Rex gloriosus in terra,  
 mitis existas, cum manifestata fuerit gloria tua.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia, qui vivit cum Deo Patre,  
 et regnat cum Spiritu Sancto, unus Deus,  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa V*

*Antiphona* (AL, 117; T35.7, 433; Em 30, 1100)

(Ps 65,4)

Omnis terra exultabit et laetata est,  
 quia nova lux procedens  
 visa est apud omnes populos urbes atque provincias,  
 et ubicumque veniebat, magna exultatio erat.

*V/ Omnis terra adoret te, et psallat tibi.*

*R/ Et ubicumque veniebat magna exultatio erat.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. *Amen.*

*R/ Omnis terra adoret te, et psallat tibi.*

*Oratio* (OV, 404; T35.7, 434; Em 30, 1101)

Omnis terra, Domine, laetatur,  
 exultatque multitudo credentium  
 qui nova lux prodisti omnium saeculorum:  
 da ergo nobis, huius apparitionis tuae festum  
 ita promptissima devotione excolere,  
 ut, quidquid prompta credimus fide,  
 aeterna mereamur consequi in mercede,  
 ut te videamus in iubilio,  
 qui olim es agnitus sidere declarato.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 117; T35.7, 435; Em 30, 1102)  
(Ps 95,11)

Dies sanctificatus illuxit nobis,  
venite gentes et adorate Dominum;  
quia hodie apparuit lux magna in terra.

V/ Laetentur caeli et exultet terra,  
commoveatur mare et plenitudo eius.

R/ Quia hodie apparuit lux magna in terra.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quia hodie apparuit lux magna in terra.

*Oratio* (OV, 405; T35.7, 436; Em 30, 1103; Br Goth 181)

Deus, sanctifier dei hodiernae,  
qui sanctae huius festivitatis nomen de mirabilibus indidisti;  
da Ecclesiae tuae,  
ut sicut Epiphanie, id est hodierna sollemnitas,  
et declaratio et apparitio nuncupatur,  
ita in populo claritas maiestatis tuae fulgescat,  
et sanctitatis lumen appareat,  
ut plebs haec, in tuo nomine consecrata,  
hoc habeat iugiter in conversatione,  
quod haec festivitas appellatur ex nomine.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Alleluiaiticum* (AL 117; T35.7, 437; Em 30, 1104)  
(Ps 117,27)

In isto die fulget Dominus in gloriam suam super terram,  
ut exaltet et clarificet populum Israel  
quem eduxit de tenebris  
ostendere stellam praecclaram, alleluia.

V/ Constituite diem sollemnem in condensis  
usque ad cornua altaris.

R/ Quem eduxit de tenebris  
ostendere stellam praecclaram, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quem eduxit de tenebris  
ostendere stellam praecclaram, alleluia.

*Oratio* (OV 406; T35.7. 438; Em 30, 1105)

Adest, Domine, dies illa  
in qua olim refulsisti in gloria super terram;  
exalta ergo et clarifica credentium plebem,  
quam de tenebris evocasti ad lucem,  
ut solus nobis stella matutina resplendeas,  
dum nos in te sine fine exaltas.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 117; T35.7, 439; Em 30, 1106; cfr. Br Goth 180)  
(Mt 2,9-11)

Stellam quam viderant in oriente, antecedebat Magos  
quousque veniens staret super locum ubi erat Puer;  
videntes Magi stellam gavisi sunt gaudio magno valde.

*V/ Invenerunt Puerum cum Maria matre eius, et procidentes.*

*R/ Gavisi sunt gaudio magno valde.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Gavisi sunt gaudio magno valde.*

*Oratio* (OV, 407; T35.7, 440; Em 30, 1107; Br Goth 180)

Stella illa, Domine, quae natum te in terris,  
regem Magis stupentibus nuntiavit,  
non sidereas in caelum vias tenuit,  
cum novo Virginis partu novum sidus apparuit,  
sed ad demonstrandum te hominibus Christum  
usque ad ipsum nativitatis tuae loculum praecucurrit:  
unde profusius te precibus imploramus;  
ut, qui eius indicio absque errore Magorum direxisti itinera,  
nostra te apparente sanctifices corda;  
ut, in aequitate coram te gradientes atque iustitia,  
pervenire mereamur ad gaudia repromissa.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa VI*

*Antiphona* (AL 117; T35.7, 441; Em 30, 1108; Br Goth 178-179)  
 (Cfr. Is 52,14-15; Ps 44, 3)

Gloriosus est aspectus eius  
 et inter filios hominum forma eius,  
 ante eum continuerunt reges os suum,  
 quibus non est nuntiatum de eo adoraverunt eum.  
*V/ Speciosus forma piae filii hominum,*  
*diffusa est gratia in labiis tuis.*  
*R/ Quibus non est nuntiatum de eo adoraverunt eum.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Quibus non est nuntiatum de eo adoraverunt eum.*

*Oratio* (OV 408; T35.7, 442; Em 30, 1109; L4, 434; Br Goth 179)

Deus, Dei Filius,  
 cuius inter homines et forma et aspectus est gloriosus:  
 glorificandos nos tibi assume,  
 et in partis dexteræ coronandos collocatione statue;  
 ut, qui ora nostra in tuis laudibus aperimus,  
 carnis sensibus non gravemur;  
 et qui gloriosi aspectus tui solamen exquirimus,  
 visionis tuae consolatione omnimoda potiamur.  
*R/ Amen.*  
*Ipsò praestante,*  
*qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto*  
*in saecula saeculorum.*  
*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 118; T35.7, 443; Em 30, 1110; L4, 435; Br Goth 179)  
 (Cfr. Is 49,23; Ps 92,2)

Domine, qui te nutriunt reges erunt  
 et reginae nutrices tuae,  
 vultu in terra inclinato adorabunt te  
 et pedum tuorum lingent,  
 et cognosceris Dominus  
 in quo non confundentur omnes qui te expectant.  
*V/ Parata sedes tua, ex tunc a saeculo tu es.*  
*R/ Et cognosceris Dominus*  
*in quo non confundentur omnes qui te expectant.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et cognosceris Dominus  
in quo non confundentur omnes qui te expectant.*

*Oratio* (OV 409; T35.7, 444; Em 30, 1111; L4, 436; Br Goth 179)

Domine, quem inclinato in terram plebes vultu adorant,  
dum tuo subiciuntur imperio universa:  
largire indefessam populis christianis laetitiam,  
et hodiernae apparitionis tuae gaudia  
protende in gentibus dedicanda;  
nobis quoque ita esto semper placabilis,  
ut propitius in iudicio sentiaris,  
quo vitae nostrae  
ex vultu tuo tam indesinens solamen existat,  
ut a te nostrorum nullus depereat,  
qui te unicum et verum Deum expectat.

*R/ Amen.*

Quod ipse praestare dignetur,  
cuius regnum et imperium  
sine fine permanet in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 118; T35.7, 445; Em 30, 1112; L4, 437)

(Ps 71,7; Ps 135,7)

Orietur in diebus eius iustitia, alleluia;  
et abundatia pacis donec extollatur luna, alleluia, alleluia.

*V/ Qui fecit luminaria magna.*

*R/ Et abundatia pacis donec extollatur luna, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et abundatia pacis donec extollatur luna, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV, 410; T35.7, 446; Em 30, 1113; L4, 438; Br Goth 181)

Abundet, quae sumus, Domine, in diebus nostris  
iustitia et multitudo pacis,  
ut, quos apparitionis tuae luce irradias,  
abundantia pacis usque quaque sustollas;  
ut, dum deputatis officiis obsequii dependimus votum,  
aethereae lucis luminosum capiamus effectum.

*R/ Amen.*

Praestante ipsis misericordia Dei nostri,

qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 118; T35.7, 447; Em 30, 1114; L4, 439; Br Goth 80-81)

(Cfr. Sir 24,36; cfr. Is 52,14)

Suscitabit Dominus regem ex Israel altissimum,  
in throno honoris sedentem,  
in sempiternum replebitur quasi Fison scientia,  
velut Eufrates intellectum,  
ipse multiplicabit Iordanem in tempore messis.

*V/ Gloriosus est aspectus eius,  
et inter filios hominum forma eius.*

*R/ Ipse multiplicabit Iordanem in tempore messis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ipse multiplicabit Iordanem in tempore messis.*

*Oratio* (OV, 411; T35.7, 448; Em 30, 1115; L4, 440; Br Goth 81)

Deus Pater omnipotens,  
qui nobis Filium tuum suscitat in regem,  
quo apparente in mundo,  
ecclesia tua, ut Fison scientia inundatur,  
et, velut Eufrates, fecundatur intellectu carismatum:  
da nobis in te habere et scientiae lucem,  
et virtutum omnium plenitudinem;  
ut, dum scientiae dona perquirimus,  
illaesi ad te, qui es fons scientiae, veniamus.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa VII*

*Antiphona* (AL, 118; T35.7, 449; L4, 441)

(Sir 50, 6.8.10; Ps 71, 7. 17b)

In excelsis apparuit stella matutina,  
sicut flos rosae tempore verni,  
et sicut lilia quae sunt super aquas,

tamquam vas aureum ornatum omni lapide pretioso.  
*V/ Orietur in diebus eius iustitia,*  
*et abundantia pacis donec auferatur luna.*  
*R/ Tamquam vas aureum ornatum omni lapide pretioso.*  
*V/ Ante solem permanet nomen eius,*  
*et benedicentur in ipso omnes tribus terrae.*  
*R/ Tamquam vas aureum ornatum omni lapide pretioso.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Tamquam vas aureum ornatum omni lapide pretioso.*

*Oratio* (OV, 412; T35.7, 450; Em 30, 1117; L4, 442; Br Goth 179-180)

Deus, qui brevissimum sidus  
 voluisti gratia repentina vestire fulgoris:  
 ostende, quasumus, faciem tuam populis christianis;  
 ut, sicut Magis errantibus  
 tandem tramitem veri demonstrasti itineris,  
 ita nobis delinquentibus tribuas portum aeternae salutis.

*R/ Amen.*  
 Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL, 118; T35.7, 451; Em 30, 1118; L4, 443)

(Cfr. Mt 2,11; Ps 71, 10)

Nationes multae de longinquo venient,  
 et habitatores a novissimis partibus terrae ad nomen Dei sui,  
 et munera sua in manibus habentes,  
 Regi caelorum offerunt aurum thus et mirra.  
*V/ Reges Tharsis et insulae munera offerent,*  
*reges Arabum et Saba dona adducent.*  
*R/ Et munera sua in manibus habentes,*  
*Regi caelorum offerunt aurum thus et mirra.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Et munera sua in manibus habentes,*  
*Regi caelorum offerunt aurum thus et mirra.*

*Oratio* (OV, 413; T35.7, 452; Em 30, 1119; L4, 444; Br Goth 175)

Domine Iesu Christe,  
 qui Magorum munera in mysterio oblata,  
 Deum te, Regemque, Hominemque declarant,

ut, primitias gentium in his acceptans,  
 plenitudinem gentium in salute perficias;  
 adesto nobis per ea,  
 quae in te indivisa inconfusa constare veraciter credimus,  
 dum pro nobis, et ut homo innocens pateris,  
 et ut rex potens vincis,  
 et ut Deus omnipotens incorruptibilis permanes,  
 cuius utique et passioni mirra, et regno auro,  
 et deitatis habetur incensum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL, 118; T35.7, 453; L4, 445)

(Ps 146,2)

Ecce in Ierusalem appareat gaudium et iucunditas magna,  
 quia Dominus illuminavit eam,  
 et omnes vias eius renovabit,  
 et erit in ea pax sempiterna, alleluia.

*V/ Edificans Ierusalem Dominus,  
 dispersiones Israel congregabit.*

*R/ Et erit in ea pax sempiterna, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et erit in ea pax sempiterna, alleluia.*

*Oratio* (OV, 414; T35.7, 454; Em 30, 1121; L4, 446)

Ecce in Ierusalem, Domine, appareat gaudium,  
 dum in ecclesia tua fides enitet populorum:  
 illumina ergo eam, quaesumus, bonorum operum fructu,  
 et vias eius renova impensione caelestium gaudiorum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
 qui est benedictus et vivit et omnia regit  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL, 118-119; T35.7, 455; Em 30, 1122; L4, 447)

(Cfr. Apc 21, 12.25; 22, 2; 1, 8; 22, 16)

Felices qui faciunt praecepta mea,  
ut sit potestas eorum super lignum vitae,  
et per portas intrent in civitatem sanctam.

Ego sum radix et genus David, stella splendida matutina.

V/ Ego sum alpha et omega,  
primus et novissimus, principium et finis.

R/ Ego sum radix et genus David, stella splendida matutina.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ego sum radix et genus David, stella splendida matutina.

*Oratio* (OV, 403; T35.7, 436; Em 30, 1123; L4, 448)

Fac nos, Domine,  
tuis praeceptis obedientiam exhibendo felices;  
ut per portas sincerissimae veritatis  
introemamus in interiora aeternae et gloriosissimae civitatis;  
sicque hic per crucis lignum salvemur,  
ut illuc lignum vitae possideamus;  
quo ita nobis hic apparitionis tuae mirabile refulgeat sidus,  
ut illic aeternitatis tuae resplendeat gloriosus aspectus.

R/ Amen.

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Canticum VT* (Br Goth, 183)

(Is 60,1-12)

*Antiphona* (AL, 119; T35.7, 457; Em 30, 1125; L4, 449)

(Cfr. Is 60,1)

Illuminare, Ierusalem, adest enim lumen tuum

Surge, illuminare, quia venit lumen tuum, \* et gloria Domini  
super te orta est.

Quia ecce tenebrae operient terram \* et caligo populos;  
super te autem orietur Dominus \* et gloria eius in te videbitur.

Et ambulabunt gentes in lumine tuo \* et reges in splendore  
ortus tui.

Leva in circuitu oculos et vide: \* omnes isti congregati sunt,  
venerunt tibi;

filii tui de longe veniunt \* et filiae tuae in ulnis gestantur.  
 Tunc videbis et illuminaberis, \* et palpitabit et dilatabitur  
 cor tuum,  
 quia confluet ad te multitudo maris, \* fortitudo gentium ve-  
 niet tibi;  
 inundatio camelorum operiet te, \* dromedarii Madian et  
 Ephra;  
 omnes de Saba venient, + aurum et tus deferentes \* et lau-  
 dem Domini annuntiantes.  
 Omne pecus Cedar congregabitur tibi, \* arietes Nabaoth mi-  
 nistrabunt tibi;  
 offerentur super placabili altari meo, \* et domum gloriae  
 meae glorificabo.  
 Quae sunt istae, quae ut nubes volant \* et quasi columbae ad  
 fenestras suas?  
 Me enim insulae expectabunt, + et in principio naves Tharsis,  
 \* ut adducant filios tuos de longe,  
 argentum eorum et aurum eorum cum eis, \* nomini Domini  
 Dei tui et Sancto Israel, qui glorificavit te.  
 Et aedificabunt filii peregrinorum muros tuos, \* et reges  
 eorum ministrabunt tibi;  
 in indignatione enim mea percussi te, \* sed in beneplacito  
 meo misertus sum tui.  
 Et aperientur portae tuae iugiter, \* die ac nocte non clau-  
 dentur,  
 ut afferatur a te fortitudo gentium, \* et reges earum addu-  
 cantur.  
 Gens enim et regnum, quod non servierint tibi, peribunt, \* et  
 gentes vastitate vastabuntur.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Antph.* Illuminare, Ierusalem, adest enim lumen tuum

*Oratio de cantico* (Br Goth 183; OV 390)

Christe, Filius Dei,  
 qui praecessione radiantis stellae  
 te ipsum in praesepio positum  
 Magis te quaerentibus voluisti ostendere:  
 praecedente nos, vel subsequente gratia tua,  
 aeternum nobis sidus refulgeat,  
 quo te quotidie inveniamus edendum,  
 qui cibus factus es redemptorum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones*

*Antiphona* (AL, 120; T35.7, 459; Em 30, 1126; L4, 450)  
(Dn 3,63)

Stellae caeli benedicite Domino, hymnum dicite Deo, alleluia.

*(Ut in ordinario, in officio festivo)*

*Ant.* Stellae caeli benedicite Domino, hymnum dicite Deo, alleluia.

*Oratio de benedictionibus*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Sonus* (AL, 120; T35.7, 460; Em 30, 1127; L4, 451; Br Goth 183-184)  
(Apc 1,8; 21,6; cfr. Ps 71,5; Apc 1,17b; 22,16)

Ego sum alpha et omega,  
principium et finis, dicit Dominus Deus, alleluia;  
qui erat et qui est, et qui venturus est;  
sicut dabo de fontem vitae, alleluia.

*V/ Usque in diem generationis et generationum, alleluia,*  
*permanebit in aeternum in conspectu Dei, alleluia.*

*R/ Sicut dabo de fontem vitae, alleluia.*

*V/ Alleluia, ego sum primus et novissimus,*  
*ego sum radix et origo David,*  
*ego sum stella splendida matutina, alleluia.*

*R/ Sicut dabo de fontem vitae, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Sicut dabo de fontem vitae, alleluia.*

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (AL, 120; Em 30, 1128; L4, 452; Br Goth 184)  
(Ps 148, 1-2)

Laudate Dominum de caelis, alleluia; laudate eum in excel-  
sis, alleluia, alleluia; laudate eum omnes virtutes eius, alleluia, alle-  
luia, alleluia.

*(Ut in ordinario, in officio festivo)*

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia; laudate eum in excelsis, alleluia, alleluia; laudate eum omnes virtutes eius, alleluia, alleluia, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 184)

(Is 45, 14-22a)

Lectio libri Isaiae prophetae.

R/ Deo gratias.

Haec dicit Dominus:

“Labor Aegipti et negotiatio Aethiopiae, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt et tui erunt; post te ambulabunt, vinciti manicis pergent et te adorabunt teque deprecabuntur: tantum in te est Deus, et non est absque te Deus.

Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel salvator. Confusi sunt et erubuerunt omnes, simul abierunt in confusionem fabricatores idolorum.

Israel salvatus est in Domino salute aeterna; non confundemini et non erubescetis usque in saeculum saeculi”. Quia haec dicit Dominus, qui creavit caelos, ipse Deus, qui formavit terram et fecit eam, ipse fundavit eam; non ut vacua esset, creavit eam, ut habitaretur formavit eam: “Ego Dominus et non est alius. Non in abscondito locutus sum, in loco terrae tenebroso; non dixi semini Iacob: “Frustra quaerite me”.

Ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta. Congregamini et venite et accedite simul, qui salvati estis ex gentibus. Nescierunt, qui levant lignum sculpturae suae et rogan deum non salvantem.

Annuntiate et venite et consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc praedixit illud? Numquid non ego Dominus, et non est ultra Deus absque me?

Deus iustus et salvans non est praeter me. Convertimini ad me et salvi eritis, omnes fines terrae.

R/ Amen.

*Hymnus* (Br Goth 184-185; AL, 120; Em 30, 1131; L4, 453)

Hostis Herodes impie.  
Christum venire quid times?  
non arripit mortalia,  
qui regna dat caelestia.

Ibant Magi quam viderant,  
stellam, sequentes praeiam:  
lumen requirunt lumine;  
Deum fatentur munere.

Lavaca puri gurgitis  
caelestis Agnus attigit;  
peccata quae non detulit,  
nos abluendo sustulit.

Novum genus potentiae:  
aqua rubescunt hydriae,  
vinumque iussa fundere  
mutavit unda originem.

Quarto die iam foetidus  
vitam recepit Lazarus,  
mortisque liber vinculis,  
factus superstes est sibi.

Rivos cruoris horridi  
contacta vestis obstruit:  
fletu rigante supplicis  
arent fluenta sanguinis.

Gloria tibi Domine,  
qui apparuisti hodie,  
cum Patre, Sancto Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

Solutos omni corpore  
iussus repente surgere,  
suis vicissim gressibus  
aeger vehebat lectulum

Tunc illi Iudas carnifer  
ausus Magistrum tradere  
pacem ferebat osculo,  
quam non gerebat pectore.

Verax datur fallacibus,  
pium flagellat impius;  
crucique fixus innocens  
coniungitur latronibus.

Aromata post sabbatum  
quaedam vehebant corpori,  
quas alloquuntur angeli,  
vivum sepulcro non tegi.

Hymnis venite dulcibus,  
omnes canamus subditum  
Christi triumpho tartarum,  
qui nos redemit venditus.

Zelum draconis invidi,  
et os leonis pestimi  
calcavit Unicus Dei,  
seseque caelis reddidit.

*Versus* (AL, 120; Em 30, 1132)  
(Ps 71,17)

V/ Ante solem permanet nomen eius  
R/ Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 176)

Oremus.

Auctorem lucis Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nos lumine claritatis suae  
propitius illuminare et illustrare dignetur.

*R/ Praesta, aeterne, omnipotens Deus.*

Kyrie, eleison

*R/ Christe, eleison; Kyrie, eleison.*

*Completuria* (OV, 416; Em 30, 1133; L4, 454; Br Goth 185)

Gloriose, sancte, omnipotens aeterne Deus,  
qui varios humani generis miseratus semper errores,  
propterea, sine dubio, etiam Magis  
in tenebrosa superstitionis suae caligine constitutis,  
praeivium sideris lumen  
usque ad tua sancta cubilia ministrasti;  
ut omnibus generaliter in suo errore degentibus,  
desiderium tuae agnitionis accenderes:  
accende nos etiam, precamur, salutifero tui amoris ardore;  
ut, qui te iam dono tuae illuminationis agnovimus,  
tuae quoque dilectionis ardore flagrantes,  
tibi adherere in perpetuum mereamur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV, 417; L4, 455)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus,  
qui hodie apparitionis suae  
mirabile signum ostendit in caelo,

maiestatis suae praessidio vos gubernet in saeculo.

*R/ Amen.*

Acceptet credulitatis vestrae vota fidelia,  
sicut Magorum suscepit munera pretiosa.

*R/ Amen.*

Iubeat peccatorum vestrorum sordes abstergere,  
qui, ut omnem iustitiam adimpleret,  
non est dignatus a famulo baptizari.

*R/ Amen.*

Ipsa auxiliante Domino, qui cum Patre et Spiritu Sancto,  
unus Deus, gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL, 120; Em 30, 1135; L4, 456)

(Ps 146,2)

Ecce in Ierusalem appetit gaudium et iucunditas magna,  
quia Dominus illuminavit eam,  
et omnes vias eius renovabit,  
et erit in ea pax sempiterna, alleluia.

*V/ Aedificans Ierusalem Dominus,  
dispersiones Israel congregabit.*

*R/ Et erit in ea pax sempiterna, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et erit in ea pax sempiterna, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 177)

Fac nos, Domine,  
beatae illius Ierusalem visione laetari,  
et in gremio eius perpetua iucunditate attolli,  
in qua, tu lux aeterna, radiare promittis,  
et cuius honor esse polliceris.

Largire ergo nobis,  
eius desiderio carnalibus exui nugis  
et vestiri virtutibus copiosis;  
ut eam, cui tu apprendo factus es indeficiens lumen,  
nos amplectamur semper meritis genitricem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio**(Ut in ordinario, in officio festivo)***Eodem die ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario, in officio festivo)**Vespertinum* (AL, 113; T35.7, 390; Br Goth 175)

(Cfr. Ier 31,35; cfr. Is 51,15; Ps 146,4; Iob 9,7; 26,13)

Qui fecit solem in splendore diei,  
lunam et stellas in lumine noctis.

V/ Qui turbat mare et resonat fluctus eius,  
Dominus omnipotens nomen est illi.

R/ Et stellas in lumine noctis.

V/ Qui numerat multitudinem stellarum,  
et omnibus eis nomina vocat.

R/ Et stellas in lumine noctis.

V/ Qui claudit stellas et ponet eas quasi sub signaculo.

R/ Et stellas in lumine noctis.

V/ Qui ornavit caelos claritate solis,  
ipsum adorent principes terrae.

R/ Et stellas in lumine noctis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et stellas in lumine noctis.

*Oratio* (Br Goth 175)

Domine, apud quem est fons vitae,  
in cuius lumine aspicimus lumen;  
enutri nos in tuae scientiae splendorem:  
ut sitientibus nobis vitalem impartias potum;  
et caligantium animarum  
superno lumine restituas intellectum.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Sonus* (AL, 113; T35.7, 391; Br Goth 175)

(Cfr. Ps 71,17.7-11)

Ante solem permanet nomen Domini,  
et ante lunam sedes eius,  
et benedicentur in eo omnes tribus terrae,  
omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Orietur in diebus eius iustitia  
et abundantia pacis donec extollatur luna,  
et dominabitur a mari usque ad mare  
et fluminibus usque ad fines terrae,  
coram illo Etiopes procident.

R/ Omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Reges Tharsis et insulae munera offerunt,  
reges arabum et Sabaa dona adducent,  
et adorabunt eum in conspectu eius omnes reges terrae.

R/ Omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Omnes gentes magnificabunt eum, alleluia, alleluia, alleluia.

*Antiphona* (AL, 113; T35.7, 392; Br Goth 177)

(Cfr. Is 60,1-3; 51,17)

Ierusalem, in te apparebit Dominus  
et honor eius in te videbitur,  
et ibunt gentes in lumine tuo,  
et reges in splendore tuo ambulabunt.

V/ Ierusalem, quae bibisti de manu Domini calicem irae eius.

R/ Et ibunt gentes in lumine tuo,  
et reges in splendore tuo ambulabunt.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et ibunt gentes in lumine tuo,  
et reges in splendore tuo ambulabunt.

*Antiphona* (AL, 114; T35.7, 393)

(Cfr. Zach 14,16; Ps 86,3)

Ierusalem,  
ab extrema terrae per singulos annos ad te venient  
ut adorent Dominum omnipotentem  
et celebrent festivitatem gloriae.

V/ Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

*R/ Ut adorent Dominum omnipotentem  
et celebrent festivitatem gloriae.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ut adorent Dominum omnipotentem  
et celebrent festivitatem gloriae.*

*Alleluiaiticum (AL, 114; T35.7, 394)*

(Cfr. Is 60,2; Ps 147,1)

Ierusalem, super te orietur Dominus, alleluia;  
et gloria eius in te videbitur, alleluia, alleluia.

*V/ Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.*

*R/ Et gloria eius in te videbitur, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et gloria eius in te videbitur, alleluia, alleluia.*

*Hymnus (Br Goth 176; T35.7, 395)*

Illuminans Altissimum  
micantium astrorum globum.  
Pax, vita, lumen, veritas.  
Iesu, fave precantibus.

Sed mystico baptismate  
fluenta Iordanis, retro  
conversa quodam tempore,  
praesenti sacravit die.

Seu stella partum Virginis  
caelo micans signaverit.  
Et hic adoratus die,  
praesepe Magos duxerit.

Vel hydriis plenis aquae  
vini saporem infunderit,  
hausit minister conscius,  
quod ipse non impleverat.

Aquas colorari videns  
inebriari flumina,  
mutata elementa stupent  
transire usus alteros.

Sic quinque millibus viris  
dum quinque panes dividunt,  
edentium sub dentibus  
in ore crescebat cibus.

Multiplicabatur magis  
dispendio panis suo,  
qui haec videns mirabatur  
iuges meatus fontium.

Inter manus frangentium  
panis rigatur profluus,  
intacta, quae non fregerant  
fragmenta subrepunt viri.

Memento salutis Auctor,  
quod nostri quondam corporis,  
ex illibata Virgine  
nascendo formam sumpseris.

Gloria tibi Domine,  
qui natus es de Virgine,  
cum Patre et Sancto Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL, 114; T35.7, 395)

(Ps 71,17)

*V/ Ante solem permanet nomen eius.*

*R/ Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae.*

*Supplicatio* (Br Goth 176)

Oremus.

Auctorem lucis Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus,  
ut nos, lumine claritatis suae,  
propitius illuminare et illustrare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Completuria* (OV 418; Em 30, 1143)

Christe Dei Filius,  
qui ostensione novi sideris  
gloriosus in gentibus demostraris:  
fac nos, ut, qui hodiernae solemnitatis festum  
laetantes ovantesque peregimus,  
refulgentis tuae scientiae lumine illustremur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV, 419; Em 30, 1144)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dei Filius, qui novo est ostensus in sidere,  
sui vos amoris innovet ubertate.

*R/ Amen.*

Quique Magos admonuit,  
ne per viam qua venerant reverterentur,  
numquam vos patiatur iter rependere iniquum.

*R/ Amen.*

Ut illi semper cor vestrum fructificet,  
cuius hodie apparitionis peregistis sollemnitatem.

*R/ Amen.*

Ipsa praestante et auxilante,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL, 114; T35.7, 398)

(Cfr. Is 52,1; cfr. Apc 21,18.21)

Ierusalem, civitas sancta, ornamentis martyrum decorata,  
cuius plateae resonant laudes de die in diem.

Plateae Ierusalem et muri eius ex auro mundo,  
portae eius margaritae ornatae,  
et per omnes vicos resonat alleluia.

*Oratio* (Br Goth 177)

Domine Deus,  
qui adventum Unigeniti Filii tui  
Ioannem puerum praecurrere voluisti;  
ut missus a te,  
viam Christo incredulorum cordibus praepararet,  
sanando contribulatos corde,  
et caecis restituendo luminis claritatem:  
suffragio eius et caecitatem cordis illumina,  
et tribulationes cordium nostrorum  
in aeternum gaudium muta;  
ut qui nativitatem Unigeniti Filii tui  
gaudio christiano attollimus,  
in adventu iudicii eius nullis poenarum vinculis contristemur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)

(*Ut in ordinario, in officio festivo*)